VITT. EMANUELE

NAZIONALE VITT. EMANUELE BIBLIOTECA
12
11 P
8

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
55
10 D
20
ROMA

12
15
b
2



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE LAPIDIBVS
PODAGRA, ET CHIRAGRA
In humano Corpore productis;

OPUS DICATUM

Eminentiſsimo, & Reverendiſsimo Principi

EMANUELI THEODOSIO

BVLLIONIO

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO;

Biblioth. S. Pantal. Schol. Pia

A U C T O R E

JO: BAPTISTA CONTULO BONONIENSI
Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctore.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, Typis, & Sumptibus Bernabò: 1699.

SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

DVM è liminibus Medicam Scientiam,&Artem ſalutare mihi contigit, Naturæ arcana homini tantùm credita cenſui; in ipſo nempè Naturæ omne mirificum, veluti in abſcondito Ærario, aſſervari cognovi. Hoc ſum aſſecutus ope intellectus ſcrutantis illa, quæ oculus Microſcopio adiutus ſolertiſſima obſervatione enucleavit, intimè latebras, ac omnes latentes viſcerum partes penetrando. Ea publici juris facio, ac omnium utilitati expono, Te Auſpice, EMINENTISSIME PRINCEPS, in cujus Authoritate Męcenatem Operi, & mihi Patronum

nanciſcor. Te Roma, Te Gallia, Te Orbis totus venerabundo admirantur obſequio omnigena Literaturæ opulentia eniteſcentem, antiquiſſima, & Sereniſſima præclarum Stirpe, Genio, & Beneficentia amplectentem eos, quos Virtutis, & Scientię exercendę laboribus addictos conſpicis. Nomen Principis, Natalibus, Purpura, & Geſtis adeò eximij, hiſce Folijs inſcriptum, pariet in Lectorum animis tale erga meam imbecillitatem conſiderationis pretium, quod merere ex me non poſſum, nec vmquam votis expetere auderem. Audeo ſiſtere me Tibi ſervitutis humilima reverentia. Te Deus incolumem diù ſervet in Religionis beneficium, ac perennem Apoſtolici Senatus nitorem.

Eminentiæ Veſtræ

Humilimus Servus

Joannes Baptiſta Contulus.

A D

AD LECTOREM.

MEntis trutina, animique intima lance perpendens varias, inſolitaſue obſeruationes à nonnullis mihi neceſſitudine coniunctis, tranſmiſſas, adeò dubius hæſi, vt quo me verterem fluctuarer, Priſcos an lumine orbatos, an recentes Anatomicos, & Phiſicos deceptores inculparem ignorans. Noueram enim vltra varios Naturæ abortus in Cadauerum humanorum ſectionibus, non ſolùm in Veſcica, verùm etiam in omnibus corporis, tàm internis, quàm externis partibus varios generari lapillos. Recordabar, antiquum Hippocratem posteris demandaſſe: *dari monſtra in Natura*. Recentem verò de le Boe Sylnium in lapillos efformandos, ſtructuras, ac ſuccos concurrere, & ex his tamquam principijs deduci ſalia, ſulphures, ac Mercurios, quæ omnia Acido, & Alkali ſubordinata ducimus. Primam hanc opinionem veritati conſentaneam eſſe cognoui. Secundam firmam, exploratamque etiam pro certo habeo: Quamobrem hæ ad aperienda, ſedulòque examinanda humana Cadauera me impulere, ac in viſceribus, alijſue corporis partibus Microſcopio indagare an noui aliquid occurreret. Nec inanes mei fuere ſudores; rara etenim ſunt illa Cadauera, in quibus haud aliquid noui, admirandique adinuenerim, veluti diuerſarum ſpecierum, variarumque formarum, ac colorum lapillos, imò calces, & globulos veluti vitreos inanes, & vacuos. Firmaui propterea Anatomiam in Medico non ſolùm curioſam, vtilem, verùm etiam neceſſariam, ac hominem alterum Microcoſmum eſſe, ipſamque Naturam Prothochymicam, quæ non ſolùm ſalia, ſulphures, Mercurioſque generare, ac miſcere ſolet, verùm etiam lapillorum, ſimiliumque rerum eſſe admirabilem formatricem: propterea in illorum examine totum meum addixi animum, vt facilius aliqui ad veritatis viam reducantur, ne vnum pro altero accipiant, ac curent morbum, neue, vt ſæpe ſæpius contingere ſolet, non cognito morbo inanis euadat cura, imò in dies magis, magiſque inualeſcat.

Impri-

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro Sac. Palatij Apoſtolici.

Dominicus B. de Bellis Epiſcopus Melphicten. Viceſgerens.

Imprimatur

Fr. Gregorius Sellari Sac. Theolog. Mag. ac Reuerendiſs. P. Fr. Paulini Bernardinij Sac. Apoſt. Pal. Mag. Socius, Ordinis Prædicatorum.

INDEX

CAPITVM TOTIVS OPERIS.

DE Cauſis Lapillorum Cap. I. *pag.* 2
De Acido Cap. II. 17
Agentis Acidi Proprietas Cap. III. 20
Acidum fermentatiuum vbi paratur Cap. IV. 31
De Lapide in Cerebro Cap. V. 40
De Tumore ſub Lingua concreto Cap. VI. 45
De Lapidibus confectis in Iuguli Thymo Cap. VII. 47
De Lapide in Pulmonibus, vel globulis prepè Tracheam indagato Cap. VIII. 50
Tofacei Lapidis in humano vẽtriculo reperti indago Cap. IX. 56
De Lapide in Hepate Ca. X. 60
De Lapide in Ciſtula Fellis Cap. XI. 62
De Lapide in Vtero naturæ Thophaceæ Cap. XII. 65
De Calculis in Vulneribus Veſicæ Cap. XIII. 67
De Calculis in Steathomate cruris condenſatis Cap. XIV. 69
Calculi Inteſtinorum Cap. XV. 70
De Lapidibus, & Tartaris, in Renibus, & Veſcica indagatis Cap. XVI. 72
Diuiſio, & Vnio Lapidis Cap. XVII. 81
De Calculo Renum Cap. XVIII. 82
Lapidũ Diuiſio Cap. XIX. 83
De Iudicio, ſeu Illatione cuius naturæ Lapis ſit deſumpta ab vrinis excretis in Patientibus Cap. XX. 86
De Calculis in Arthriticis Cap. XXI. 87
De Cute Cap. XXII. 90
De Methodo curandi lapides in Veſcica, & Calculos Cap. XXIII. 95
Quæ curatio in Equiuoco, & initiante morbo lapidis marmorei adhibenda ſit Cap. XXIV. 100
Quæ Curatio in Equiuoco, & initiante morbo lapidis Tophacei adhibenda ſit Cap. XXV. 105
De Methodo in curandis Lapidibus initiãtibus, qui Muccoſi, Argilloſi, & Saponacei nũcupãtur Cap. XXVI. 109
De Sapone Cap. XXVII. 114
De Vitro Cap. XXVIII. 117
Quomodo Natura parat Vitrum in corpore humano Cap. XXIX. 122

INDI-

INDICE

delli Capitoli del Glutine, &c.

CHE coſa ſia Glutine, ò Colla, di che conſti, à che ſerua nell' huomo, e doue ſi fabbrichi Cap. I. *pag.* 1
Che danno, & vtile apporti Cap. II. 5
Come ſi ſconcerti la ſtruttura del Ventricolo Cap. III. 8
Se poſſa toglierſi il Callo formato nello Stomaco Cap. IV. 9
Se vi ſia rimedio all' Acido contratto dalle viſcere de' Genitori per queſta Colla, ò pure per altre cauſe Cap. V. 10
Del Metodo, che ſi può tenere nel curare il male della Pietra nella Veſſica di natura di Vetro, ò di Paſta: la prima detta per via d' aggregato d' Arenelle, Arenulare, la ſeconda, per eſſer formata per via di fila Cruſtacea Cap. VI. 12
Della Cura de Calcoli Cap. VII. 16
Come ſi prodaca, e curi la Gotta Cap. VIII. 22

INTRO-

INTRODVCTIO.

DVRAM ādmodum, ac arduam profectò ſuſcipiendam ſtatui prouinciam, lapideam hanc aggrediens materiam, & ingenio meo imparē, vireſque nimium excedentem, eo ſolutione difficiliorem, quo lapidibus obſitam; per imperuios namque, ac dirutos calles inuenienda via magnum faceſsit negotium, quæ, & litterario acumini ſępiſsime vt cos, vel ceſpes fuit. Vrgens tamen argumentum, cum lapidum inter, arenarumque minima verſetur humanitas, cui pro modulo meo leuamen aliquod porrigere ſtudens, malui paucis calculorum cauſas, nec non agentis acidi proprietates excurrere, ne de facili diſtrictos excitarem in me calamos, Arctoos imitatus Anſeres iuga tauri prætervolantes, qui ne vigiles aquilas excitent in prædam, calculo cohibent clamorem.

De Cauſis Lapilorum.

C A P. I.

SAGACIS ingenium naturæ, ſimilem interdùm effectum in pluribus, diuerſiſque ſtirpibus operatur, quo cognatæ virtutis induſtria multiplicis inuolucro propaginis occultetur. E cuius vbertate, ſterili ſpectamus intellectu plura ſolem deperientia, plura Lunæ comphaſea, plura Metallis relatiua, plura viuentibus Connaturalia, plura Cælo, Terræ, Marique Sympathica. Ipſa verò ſingularium quoque rerum ſemina dubitabilibus adeò principijs educit, vt inter ambigua Cauſarum hactenus in problemate ſit: An natiua illæcebra, vel attractus chalibis, aut *Syderis* hæreat magnes; An de Cælo, vel de Mari vegetent margaritæ; An repentina Reptilia nitro pluuio, æſtu, puluere, aut genere præſtò fiant.

Vtraſque tetendit ambages in arenularum, & lapidum Magiſterio; in certa ſubiecti circumſtantia, quùm hujuſmodi plaſmatum rudimenta promiſcuè concreſcant in antris, in Nubibus, in aquis, in teſtaceis, in reſinoſis; æquiuoca ſenſitiui Agentis coniectura, quùm lapides æquè generentur à piſcibus, à dracone, ab Hiſtrice, à Capriceruo Bezoar, alectorius à gallinaceis, ab Hirundine Chelidonius, Silonites à limacibus; fallaci partis patientis adminiculo, quùm, præter veſicam, renes, & articulos, adinuenerit Concreta Ioannes Keltmanus in cerebro, Sechenius in venis, Leonardus à Capua in

Apoſthemate, moneantquè Antonius Braſaulus in Commento Aphoriſmorum, ac idem Keltmanus in libro de Calculis, in quacumque Corporis humani parte produci; atque dubia conſtitutiui materialis interpretatione, quùm etiam lac ex Hypocrate, pus ex Arabibus, & ſanguis ex Riuerio lapideſcant.

Ardua tantoperè, vel exigui lapidis materia ſuos fatigauit Siſyphos, quos inter Vliſſes Aldrouandus Meæ Patriæ decus, naturaliumque rerum ſolertiſſimus indagator opinatus eſt effici concreta, quia de terra caloris ope pinguis humor exſudet; liberalitèr quidem intenſà vi caloris, veluti pix è combuſtis piceis, arbuſta Corallorum è ſcopulis, electrum è miricis, temperantiùs verò calore remiſſo, veluti reſinæ laricis, abietis, ac ſimilium arborum: Ità tamen, vt ſuccus quiſque propriæ ſubſtantiæ lege concreſcat, qui ſalſus in ſalem, qui amarus in nitrum, qui calidus in alumen, qui acerbus in atramentum ſutorium: Imitamenta diſcipulæ miniſtrans arti, natura, quæ deinde apertiùs docuit natiuos ſuccos in ſua quęlibet ex his eſſentia ſolidare.

Nunc autem ſuccum, idem Aldrouandus alibi appellauit, diuerſam ſalium Configurationem in acidum magis, aut minùs alteratam, neque lapidis, neque Metalli nomine nuncupandam, quod lapides, & metalla, ſuis integrata ſuccis, & compacta, niſi difficillimè reſoluantur; hæc verò ſalium configuratio de facili quocumque liqueſcat in humido. Sequutus fortaſſe Theophraſtum Paracelſum, qui ex eo quod aliquandò compererit è liquore ſalſo Maris, eiuſuè ſpuma, quam multa cum tenuiſſimis ſordibus agglutinata coaluiſſe, firmauerat; non alio concreta fieri quàm virtute ſpiritus ſalis; Cuius con-

cretiuam potentiam, vt cæteris lapideſcentibus, ita viſceribus Animantium inſidere docuit; deinde Auicenna, tùm argumento ſalſi ſaporis, tùm quia repererit Animantia quandoque integra riguiſſe in lapides præſertim ſalſos; Itaque nedùm aquam, & terram; ſed et animantia lapidum eſſe materiam. Vnde non incongruè forſan Diuus Auguſtinus, referente Mercuriali, dixit Vxorem Loth in terminalem ſtetiſſe lapidem, tùm myſterio ſupernaturali, tùm ſecundum naturæ leges; inferens ab Omnipotente Creatore portionem eam ſalis, quæ naturaliter in abdita Corporis parte latebat, ad vniuerſam Corporis circumferentiam eductam.

Hic tamèn Theophraſti, & Auicennæ, ſal perpaucas poſt ſe Oues allexit: Vt profectò lapidum, atque arenularum conſeruatio mirabilior eſſet ipſa generatione; quùm hæ conſiſtentes è ſale, conſequentèr in quolibet humido per Aldrouandum liquabiles, quo plus reſident in lotio, cæteriſquè Corporis ſuccis, obfirmentur arctiùs, & accreſcant.

Subiungit etiàm Ioannes Baptiſta Vvan Helmontius in ſuo Medicinæ ortu cap. Tartarus in potu num. primo; vbi monuit, omnem lapidem eſſe immediatè filium aquæ, non autem tartari, ſeu ſalis; retulitque Albertus magnus in lapideſcentiæ cauſam aquas, eo quod ligna diutiùs in aquis immorata migrent in ſaxa; ſolis iuxtà Cardanum æſtu præcoquente, vel cogente gelu, quin immò ſimplici colliſione fluctuum; vnde ſpuma ob ſalſuginem, aut frigiditatem ſalſuginis vices ſubiens, vnà cum tenuioribus arenis agglutinatur in concretum. Præter quam quòd alpina cryſtalla, ſi Phyſiologis aſſentimur, non alio glutine coaleſcunt, niſi quòd annoſæ hyemes obſtinatum fecere gelu.

Quid

Quidquid tamèn ſit de Cryſtallo, cuius hybernum æuum humana non ſuſtinent viſcera, quodque fortè nullo, vel non ſolo gelu ſolidatur; vt & ſpumoſa Cardani non ſimplicibus aquis, ſed ſalſedine, vel tenuibus arenis aggeruntur; certè ieiuna nimis materia lapidum videtur eſſe ſimplex aqua; ſiquidem apud ſenecam lib. 3. nat. quæſt. Cap. 20. plura in aquas proiecta làpideam ſubſtantiam nanciſcuntur, quoniàm eorum corporibus paulatìm limus adhæret, altèque àllinitur; & ex eo compreſſa facile dureſcunt. Eiuſdem plaſticæ lapidificæ Mathiolus propoſuit lutum, cui plus tenacis terræ, quàm aquæ admixtum ſit; Agricola tenacem lentorem à ſpeluncarum meatibus emanantem, qui piger ante lapſum ſubſiſtit induratus; Et Theophraſteus mucorem teretibus adhærentem ſaxis, quibus tractu temporis ſimili accreſcit ſubſiſtentia.

Cauſas aſſignat Aldrouandus, ybi tradidit generari concreta, quia calor rem ſiccam humidæ miſcuerit, & deinde mixtionem incoxerit, aut quod aquæ terram lambentes inficiantur; attento quod aquæ, ſi per friamenta Pyritis efluxerint, incraſſantur atramento ſutorio; Sin per materiem metallicam, coit latex in Cryſocollam. Similiter Mathiolus ſui tenacis luti ſtatuit artifices aquas, quæ ramenta ſaxorum interfluunt; è quibus abraſus ſuccus, vbicumque poſteà deſederit, lentorem, ac duritiem intendit, memorantibus Petro Penna, & Mathæo Lobellio amnes, ac riuos, in quibus immerſæ ſordes vno menſe degenerant in lapides, figura priſtina, ſuperficieque retentis: Eo quod de mente Vetruuij ſuccus lapideſcens aquas, quibus admixtus eſt adinſtar coaguli, concondenſet, adſtrictaſquè de facili ſolis æſtus induret.

Iiſdem propè terminis Fallopius huius effectus præcipuam cauſam imputat ſucco cuidam elaborato de materia lapidea genito, penetratiuam ſubtilitatem ab aquis aſſumenti, quatenùs in eis imperfectè diffuſus lapideo tantùm cortice obducit imperuia, perfectè verò diſſolutus inſinuatur, & quæcumque peruaſerit intrinſecùs afficit, limpidus, puriorem exhalationem in peregrinam gemmam conuertens, impurùs in coralla, & ſimilia, impuriſſimus in viliora concreta degenerans, cuius ſemina conſpicimus in licnoſpermate, ac ſimilibus.

Per que Vvan Helmontius impugnando tartari principium maluit Corporis cuiuſlibet concretionem è ſuo fieri ſemine, accedens ad Hermeticos cauſam efficientem lapidificam ad propria ſemina referentes, quæ in materia diſpoſita, ſuæ ſpeciei lapidem producunt. Prout etiàm acceſſit Lazarus Riuerius in ſua praxi Medica lib. 14. cap. 1. vbi recedens à Galeno calculorum cauſam efficientem vocauit ſpiritum lapidificum reſidentem nedum in renibus, ſed, & in ſucco lapideſcente ab eſculentis, & poculenſis ſeparato; ità vt vbi neuter eſt potentior, vtriuſque concurſus, neceſſarius ſit, & ob cibum ac potum aptum ad lapideſcendum ex eis calculis generetur, ſi modo ſpiritus lapidificus inſit in renibus; aut etiam ſi non inſit quando cibus, potuſuè multum lapidifici ſpiritus habeāt; è conuerſo ſi magna vis lapidifica renibus inſit, quæcumque bibamus, aut edamus, calculos generant.

Veroſimilia quamuis hæc videri poſſint opinioni potiſſimùm aſſerentium veſſicæ lapides fieri de renum concretionibus; quod ſcilicèt è renibus in viſcida veſſicæ defluxę arenæ in vnum veluti glutine ferruminentur, vel deſcenſi lapides inibi auocata circumcreſcentia ſucco-

rum

rum adoleſcant, improbantur tamen à Fernellio, & Mercuriali reputantibus rariſſimam, & penè impoſſibilem lapideſcentiam de renum Calculis, & arenulis, eo quod renales lapides molles ſint, & friabiles; neque poſſint in veſſica tam diu perſeuerare quòad indurentur, vellicant namque veſſicam, ac ità facultatem prouocant expultricem, à qua Galenus ait quantocitius extrudi, & faciliùs arenas, prætereà naturaliter ineptas quocumque veſſicæ glutine colligari.

Quinimmò neque ipſi renales lapides vllo renum ſpiritu lapidifico fiunt; quantumuis enim, authore Delecampio, præ cæteris Corporis partibus renes ſint præcipua lapidum ſedes, pluralitas tamen, & verſicolor ipſorum aggeſtio in renibus ab eodem reperta, inditio eſt, materiam lapidificam è diuerſis aliunde fomitibus in renes emandari; non autem produci ab aliquo ibidem ſpiritu lapidifico, qui, ſi reuerà ineſſet, vnicum lapidem componeret, aùt colore conſimili vniuerſos inficeret. Merè namque paſſiuè concurrunt renes ad lapidem; Siquidèm in ſenſu eiuſdem Authoris renes inſito ſuo calore per aperta venarum emulgentium humores lapidificos vndecumquè tractos, ob anguſtiam meatuum, aut ex Io: Forte ob papillares carunculas iuſto denſiores, tranſcolare nequeunt in diuretera, proindequè interceptus ibique ſtagnans ſuccus alienigena, coeundi ſpatia conſequitur. Quam ob cauſam ait Ariſtoteles 10. partic. probl. 42. inter animantia ſolum hominem; Alexander intèr homines, raro mulieres affici calculis, eo quod mulieres, & Animantes amplioribus cribri benedicti, ac diureteris præcellant meatibus. Conſulto proptereà natura vbique, potiſſimum in renibus adipoſa vaſa prouidit, vt

adi-

adipe ſubintrante, membranas, & fiſtulas, per quas vrina ſeparatur, obliniat, non tantum ad acrimoniam vrinæ temperandam, vt agnouit Celeberrimus Malpighius, verùm etiam ad anguſtiam meatuum huiuſmodi emolliendam, & relaxandã, quà lentor ad lapideſcendum procliuis inſinuetur faciliùs, & minore tranſeat viſu. Quare attenta doctiſſimi Viri ex Io: Forti cent. 3. conſult. 84. prudentèr admonent, Renes molles ſeruando, lapides non poſſe concreſcere.

Quo circa prædictus à Riuerio ſpiritus lapidificus ab alimentis ſeparatus nullo modo poteſt ab aliquo ſpiritu lapidifico in renibus reſidente in lapidem efformari; multoquè minùs à ſpiritu lapidifico ſuo proprio, qui non eſt illa Gorgones, quam ipſe appellauit cauſam efficientem, ſed eſt ſubiectum, & conſtitutiuum merè materiale, prout ipſemet denominauit; ſubdens: Præcipuè verò materiam lapidum ſuppeditant alimenta craſſa, & viſcoſa, ſalſoque referta excremento, vt bubulæ Carnes, ſuillæ, leporinæ, anſerinæ, fumoque ſiccati piſces, aut ſalſi, anguillæ, legumina, Cum Caſeo, lacticinia, vinum recens; paluſtres aquæ, ſuccoquè lapideo refertæ, ac ſimilia.

Quæ tamquàm materialia conſtitutiua præcipua cognouerunt etiam Mercurialis lib. 3. de affectionibus infimi ventris, & partium ad eum pertinentium vbi cap. 33. connumerat cibos craſſos, terreſtres, & crudos; Galenus lib. de renum affect. vbi ait, ſatietates, & cruditates, hunc morbum exacerbare, ac de nouo inducere, vbi nullus erat; & inferiùs atquè lib. 5. de tuen. valetud. maximè verò cruditates aſſiduas; & lib. 3. de alimentor. facult. cap. 17. Calculos gigni ob edulia craſſa, craſſoſquè

ſuccos; Trincauellus lib. 3. Conſil. 60. vbi materiam ex qua calculi generātur, ait, eſſe ob malam victus rationem, & Hipocrates, qui libro de aere, & aquis, præter aquas paluſtres, incuſat Cibos craſsos, & feculentos; Et lib. 4. de morbis, de generatione calculorum ait: in lactentibus produci calculos ex parte craſſa, & terreſtri, ſeu fece ipſius lactis Nutricis, quod ventriculum ingreſſum, & ad veſſicam delabens, in ipſa veſſica relinquit ſedimentum craſſum, & terreſtre, vt contingere, dixit, in vaſe, cui turbidus humor immiſſus ſit, qui diutiùs immorando ſecernitur, & pars purior ſupereminet, craſſior verò portio deſcendit in ſedimentum.

Præter quam quod rarum viſcerum temperamentum; quin ex ſententia Riuerij Ventriculus, Hepar, Lien, & Renes perſępe delinquant, calculi materiam ſubminiſtrādo, ſeruata quauis viuendi ratione. Ventriculus enim, ſi benè non concoquit, tereſtribus ſuccis obſtruit renes; hepar calidum materiam chiloſam torret, & idoneam calculo generando reddit, frigidum verò crudum ſanguinem huic aptiſſimum operi producit; lien debilis, vel obſtructus, aut quocunquè modo intemperatus fæculentam ſanguinis partem non expurgat, cuius portionem ad lapideſcendum diſpoſitam ad renes faciliùs emandat; Renes feruentes materiam lapidificam per emulgentes venas auidiùs attrahunt, magiſque incraſſant. Sanguis ipſe, ſiuè ſuam excrementitiam inquinationem ſumat, vt pleriquè à ventriculo ſupponunt, *cuius error commiſſus in prima coctione non corrigitur in ſecunda, nequè in tertia* ſecundum Hipocratem; ſiuè ſumat aliundè, vt Ioanni Forti placuit, reuerà conſtituitur ex glutinoſis, ac tenacibus humoribus, vt patet ad oculum in ſeparatio-

tione atquè coitione ſolidioris ſubſtantiæ ſanguinis: Vnde Arabes coniectati ſunt è grumo ſanguinis effici lapides, & experientia demonſtrat ſubtiliora quoque ſanguinis, tandem in glutinoſam conuenire materiam. Præter enumerata vitia, per quæ lapidum materiam miniſtrare Armenij dixere flegmata, pus Arabes, alij alia excrementa.

Præcipua tamen, ac potiſſima inter hos partium defectiuos humores reputatur pituita; concludit enìm Victor Trincauellus lib. 3. conſil. 70. materiam, ex qua calculi generantur, eſſe plerumque pituitam, & pituitæ cauſam malam victus rationem; eſtquè comunis Arabum traditio lapidis, tophi, & podagræ materiam ab vnica capitis pituita deriuari; atque inſignis authoritate Galenus firmauit, cauſam Calculi materialem eſſe portionem pituitoſam, craſſam, viſcidam, lentam, concretioni idoneam, ſeu per recentiores feculentam, limoſam, & tartaream. Agnouit etiàm ipſe Riuerius ſibimet ipſi contrarius, qui poſtquàm retorſit argumentum Galeno, nempe: Si Calculi producuntur è craſſa pituita, producendos eſſe magis in Cerebro, vbi magis abundat pituita, poſtea confitetur ingenuè, quòd indurata pituita gypſeam acquirit conſiſtentiam, ſi non lapidis firmitatem; pauloquè clarius dixiſſe videtur, omnes medicos deceptos eſſe ab illa pituita, quæ in calculoſorum vrina reperitur, ipſam proximam materiam reputantes; quandoquidem vltrà prædictos, & alios multos Franciſcus Rouſsettus de part. cæſ. ſect. 3. cap. 1. ex compoſito declarauit, vrinæ viſciditatem vnicam materialis ad auctionis lapidum cauſam eſſe, quemadmodum, & generationis cauſa fuerat.

Poſt cauſam materialem Calculorum expeditior ſupereſt

reſt

reſt efficiens; quam Aldrouandus, Vitruuius, & Cardanus in calore, vel frigore diſiunctiuè còllocauere, nequè nos obtrectamur, quoties in eorum caſibus extra corpus humanum quærimus, à qua cauſa efficiente, tam multa, & varia naturæ concreta producantur, quorum alia frigore, alia ſole conſiſtere, alia ſolo aere indurari, alia alijs impreſſionibus quotidie conſpicimus. Idem Hipocrates innuit eductum ab Animantium, aut ab humano corpore ſanguinem extrinſeco congelari frigore; at verò cum eiuſdem concretionis in Animali viuo cauſas ſcrutatus eſt, numquam de vllo frigido efficiente meminit. Frigore ſiquidem humana natura deſtruitur, vt vix intelligi poſſit, quomodo, per quæ patitur, per eadem Agens fiat; & quæ tota in ſui conſeruationem incumbit, contrarias intendat actiones frigido, & inimico effectu frigidior cauſa, iuxtà illud Ariſtotelis: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Itaque Victor Trincauellus lib. 3. conſ. 60. cauſa lapidis efficiens, inquit, eſt caliditas; à frigiditate autem in homine calculum generari poſſe, non credo.

Hæſitauit nihilominus Riuerius, & abuſus Ariſtotelis argumento 2. Metheor cap. 4. Quod ea, quæ concreſcunt à calore, liquentur ab humido, monitus alias ab eodem Ariſtotele, ibidem calorem efficientem concretorum ſiccum eſſe debere, induxit calorem, quantò remiſſiorem efficaciorem eſſe cauſam in producendis calculis, propterèaque ſenes Iuuenibus eſſe magis lapidoſos, quod renes Iuuenum calidiores feliciùs vrinam expellant; e contrà renibus ſenum diutius vrinam immorari, tenuique, ſed diuturno calore indurari; deuius ab Hipocrate contraria demoſtrante, donec ſibi contradicens inter enunciandam

materialem cauſam ex alimentis, enumerat alimenta percalida vi pollentia Piper, Zinziber, allia, Cæpas, Auſterum phalernum, immoderatam venerem, nimiaſque calefactiones ex pannis, plumeo lecto, vel exercitio vehementi.

Et ſanè Ioan. Fortis cent. 3. Conſult. medic. 77. ex Galeno, & alijs calculos, ait, in renibus fieri, quando in renibus craſſi ſucci cum ardenti calore reperti fuerint, Idcircò præcauente Galeno in lib. de renum affect. nihil feruens ingerendum, quod renes, & veſſicam calefacere poſſit. Idem Galenus in lib. 5. de ſanit. Calculos ait, in calidioribus generari à cibis craſſi ſucci; & alibi cauſam efficientem calculorum eſſe calorem materias craſſas exſiccantem, atque in lapides tandem conuertentem. Et apertiùs lib. 3. de aliment. facult. cap. 17. calculos generari, quandò craſſitìes ſúccorum cum ardenti calore iungitur; pauloque inferiùs: calculos generari ſolere ab alimentis cráſſis, & craſſi ſucci, maximè cum homines plus iuſto calidiores fuerint, ſiue ob naturalem intemperiem, ſiue ob quemuis alium effectum illis poſteà inatum; neque pro caloris modo meatuum tranſitus latos habeant. Vnde Ioannes Fortis dicta cent. 3. conſult. 84. animaduertit ad auctas fuiſſe lapidum cauſas à luceceltica, qua iecur vitiatur, indeque ſanguis; primò ſcilicet calorem naturalem vitiari, itaque multiplicari pituitoſos humores, & calorem præter naturam augeri, qui eoſdē humores efficit craſſos, & exuſtos. At ſecundum mentem Ottonis Tachenij cap. 14. Calculi non generantur neque in veſcica, neque in renibus, niſi ab vrinæ alcali, aut alcali lotij, & accido indebitè, impertinenter, aut per errorem è ſtomacho delabente, ibidemque degenerato.

Con-

Concordat Hipocratis authoritas in libro de locis,aere, & aqua -- vbi quòd ij,quorum aluus ſatis fluuida eſt,ac ſana, & Veſſica non ardens, neque veſſicæ ſtomacus valde coardeſcit, vrinam faciliter eijciunt, & in Veſſica nihil ipſis congregatur; quorum verò aluus ardens, & feruida fuerit, in ijs neceſsè eſt etiam Veſſicam idem perpeti;quùm enim magis,quam pro natura fuerit calefacta, ſtomacus ipſius inflammatur; vbi verò hæc perpetitur, vrinam non dimittit, ſed in ſe ipſam concoquit, ac adurit; & quod quidem tenuiſſimum in ipſa eſt excernitur, quodque puriſſimum eſt tranſit, & emingitur, quod verò clariſſimum, & turbidiſſimum eſt coaceruatur, & concreſcit; primum quidem parum, deinde maius fit; dum enim voluitur ab vrina, quidquid ibi compactum repererit, ad ſe ipſum adaptat, atque ſic augeſcit, & in tophum conſurgit; & cum vrinam emittit, ad veſſicæ ſtomacum allabitur ab vrina impulſum, & vrinæ impedit emiſſionem,doloremque vehementem excitat --Hæc Hipocrates;& inferius--Quibuſcumque verò eadem ſeroſi humoris ſpecies in veſſicam proruperit, à lotij caliditate, calida, & alba fit, & ſegregatur; & quod rariſſimum eſt,ſupernatat,craſſiſſimum verò infra mergitur. -- Ad calculum enim in veſſica generandum, inquit Galenus, de aere aquis, & locis cap. 22. relat. à Ioanne Forti cent. 3. conſ. 83. ardens, & feruida debet eſſe veſſica; ità enim excalefacta, vrinam non dimittit, & quod craſſiſſimum, ac turbidiſſiſſimum, coaceruatur,dumque volutatur, in lapidem concreſcit.

Cur autem in veſſica deſideat pars craſſior tenuuiore exeunte Mercurialis de affectibus infimi ventris, & partium ad eum pertinentium lib. 3. cap. 35. incuſat angu-

ſtiam

ſtiam colli veſſicę,quam aliqui habent,ob debilitatem facultatis expultricis, ipſam materiæ prauitatem, & craſſitiem, etiam ſi vis expultrix magna ſit, quia nihilominus illa materia detinetur in veſſica, & partibus ſubtilioribus à calore conſumptis, craſſæ, quæ remanent, in dies magis exſiccatæ,tandem duritiem lapidis acquirunt. Ideoque Ludouico Mercato de intem. morbor.curat.lib. 4. cap. 11. ſom. 3. non videbantur ſufficere materiæ craſſities, &calor; niſi cum materiæ craſſitie, & calore concurrerent arcta viarum ſtructura,& expellentis facultatis impotentia.

Atque hanc Hypocratis, & Ariſtotelis ſententiam, quòd nimirum lapides, & calculi generentur de materia cruda, craſſa, & terreſtri, ac per caloris agentis vim exſiccata, ſecuti ſunt Galenus, alijque ſupracitati; & eſſe veram, ac nedum à Recentioribus, ſed ab omnibus Medicis receptam, teſtatur Mercurialis vbi ſupra, dicta conſultat. 33.

Confirmatur vlterius ab Hypocrate loc. præcit. lib. 3. negante ſupra quadrageſſimum ſecundum annum, ob caloris deferueſcentiam lapides generari poſſe, niſi præcedenter extiterint: Et lib. 3. Aphoriſm. 26.vbi notauit, calculos in veſſica pueris magis eſſe familiares, quàm ſenibus; Cauſam reddente Galeno in commento, quòd ſcilicet, & sì ſenes humorem crudum aceruent ætatis ratione, vt pueri ratione voracitatis, quia tamen ſenes calorem fortem exſiccantem non habent, ideò calculum in veſſica non generant. Eandemque rationem præmonſtrauit idem Hypocrates in dicto tractatu de locis, aere, & aqua, & in lib. de natura humana, vbi pueris interdicit lac biliòſum, & feruidum, ac vinum, quia ven-

ventrem percaleſaciunt, dumque aduritur vrina, hæc patiuntur.

Exemplo inſuper eſſe poſſunt Eunuchi, qui etiamſi, & ſi craſſis mulierum inſtar abundent ſeroſitatibus, & terreſtribus ad calculum peridoneis; quia tamen ſeruenti calore deſtituti ſunt omni calculo præſeruantur immunes, quemadmodum & integris hominibus ad calculum procliuibus certum deinceps remedium eſt, ſi virilia ſecari patiantur. Virilia namque per Gloſ. in Can.Nerui teſticulorum Leuiathan 13. diſt. omne continent incentiuum libidinis, quam vere febrim noſtram appellare potuit Diuus Ambroſius, ſuntque fomites, & penuaria principalium, ac viuidiorum ſpirituum; ſiue ibidem originentur, vt perhibet Galenus, ſiue tantùm recolligantur, vt placuit Ludouico Mercato; & cum præcordijs, atque ſuperioribus præcipuis partibus vigorem, & robur inuicem mutuentur, inuicemq; miniſtrent: quid deinde mirum ſi amoto fomento caloris cauſa efficiente calculorum, effectus quoque præcludatur?

Quo autem modo glutinum artificialium alia denſius conſiſtant, alia ſolutius fluant, eodem modo lapideſcens ſuccus ſiue à capite, ſiue aliunde deriuet, à calore correptus, quanto minus ab acido ſucco reſoluitur perſeuerante calore, lentior ſenſim in calculos, & lapides coit; quantò verò per acidum ſuccum efficitur dilutus, & fluens; ſolutius per ſubtiles fibras excurrit in Chiragram, & Podagram; vnde ſenſatio, & dolor ex illo nimirum acido; quandoquidem accedente iuxta Bartholinum *acida ſi limpha ſit dolor*. Porrò per acidum præcipitati, ſeu reſoluti lentoris huiuſmodi pars craſſior, quoniam articulorum arctiſſima tranſmeare non eſt potis,

ſub-

ſubtili parte præterfluentē ipſa in articulis intercepta deſidet adinſtar flegmatis in renibus intercepti, & paulatim coaleſcens tandem in tophum podagræ gipſatur, augeturque maſſa, quoties iterum, & iterum adueniens materia per acidum fuſa ſimilibus ibidem anguſtijs intercipitur impotens ad tranſmeandum; ipſo vel acido coadiuuante, cuius proprietas eſt diſſoluere, diſſoluti partes ſubtiliſſimas affundere, atque craſſas denuo coagulare: Cuncta enim perhibente Vonderbechio *acida rodunt, & cogunt, coagulando verò, & ipſa coagulantur*. Cuius quidem Acidi ſcaturiginem Anonimus in Epiſtola prima de motu chili, & ſanguinis ad Thomam Bartolinum coniectatus eſt è liene in ventriculum deriuari, quòd nulla pars alia in toto corpore præter lienem ſapiat aciditatem; eiuſdemque acidi ſolutiuam proprietatem philoſophatur ex eo, quod cocto, & deglutito liene, præſertim ſuillo, ventriculi grauitas, ſiuè cibi copia, ſiuè craſſitie, vel obſtructionibus emendetur. Quod difusè verò falsū eſſe prebeo in Cap. cui titulus *Acidū Fermentatiuū*.

Rurſus, vt clarius exprimatur lapidificus ſuccus; indico, vt legas meum libellum ſermone populari inſcriptum *Breue Inſtruttione ſopra il Glutine, ò Colla, che ſi genera ne' Corpi humani*; *vt etiam il Cap. del Giacio, e Coagulo*. Superioribus annis Typis incuſſa, quorum duo prima felicis recordationis R. P. D. Ioanni Ciampino Romanæ Curiæ Prælato, & alterum Illuſtriſſimo Domino Maffæo Bontio Sereniſſimi Parmæ Ducis Hortonæ à Mare Auditori eiſdem mihi themata ſubminiſtrantibus dicaui.

CAP. II.

ACidum antiquiſſimum principium, vt ſpirituale ſenſuum cenſuræ non ſubmittitur, prout oſtendit Hipp. de vino, & tartaro Cap. 10. & 18. Sol appellatur à non paucis acidum acidorum, atque ignis flamma, cum ſit acida, aciditatem quoque communicat; ſicque probant ſuam intentionem; ſi plumbi libræ centum exurantur aridis ligneis in minium transformatur; poſtquam illud in minium, eſt conuerſum reperiuntur centum, & decem; quæritur, vnde minium acquiſiuit decem lib. non ab aere, qui eſt naturæ cribrum, nulloque modo aer per ſe eſt condenſabilis; profectò nil ei ſuperadditum fuit niſi ſola flamma; hęc itaque aſſumpſit corpus in plumbo; iſtud autem corpus, quod plumbum auxit ex flamma eſt acidi ſaporis. Quidquid ſit de augumentatione, parum ſolicitus ſum, cum hic non ſit mei inſtituti. Infero, quod hoc acidum in igne formali nulla analytica deſtructione, nec artis ingenio ſeparabile, eſt, & vt ſacer Philoſophus in luce, & ſulphure à ſimilitudine appellarunt.

Tale Acidum Hermes, Lulius in teſt. Cap. 67. Tachenius in ſua Claue chimica Cap. 2. alijque quam plurimi ſectatores filiũ ſolis vocauere, nam primò per ſolis influentiam fuit genitum per naturam ſinè adiutorio ſcientiæ, vel artis, cuius acceſſu, & receſſu omnes naturæ operationes variæ reguntur, intenduntur, ac remittuntur, & ideo Ariſtoteles vocauit ſolem patrem, terramque matrem omnium vegetabilium. Hinc Ingenioſiſſimus Coſmopo-

mopolita ait; *ſi non eſſet vis vegetabilis ſulphuris (ideſt acidum pingue, vt filius ſolis) non coagularetur aqua in herbas*. Nam ſol calore viuificatiuo terram imprægnat, qui poſtea in naturalem calorem conuertitur, hicque adiutorio caloris ignis &c. multiplicatur, vt ex Bernardo Traſne parte tertia, & vt docet Lucretius, *& omnes res ex illo habent originem, nec quidquam in toto mundo naſcitur niſi per hunc; ſedem ſuam habet in aere, quia ventus illum portat in ventre ſuo*, qui aurum vocat ignem puriſſimum conditum ex acido fixo, quod patet, nam ſoluitur in aquam regiam; ſoluto ſi inſtillabis alkali tartari videbis, quod abſorbet acidos ſpiritus, & ipſius auri (vt docet Hipp. Chim. Cap. 7. quod nimirum alkali tartari, & metallorum naturam amplectatur) aurum ſic abſortum cadit in pulueremflaui coloris, hanc præparationem, docent Crolius, & Beguinus &c.

Acidum hoc in omnibus ſeminibus occultè latitat, quia per ſe quietiſſimum eſt, quandoquidem natura cuilibet compoſito inſeuit plus de alkali, quam de acido (ſulphuribus exceptis) & ideo non mouetur, niſi excitatum, vt in paſta panis luculentèr apparet, quæ tantillo acido fermento, & calore excitata mouetur, illoque calore, & motu acidum illud multiplicatur, & niſi rurſus calore interno excedente vt v. g. igne artificiali compeſceretur ad vitalitatem pergeret, atque in vermes tranſiret. Vnde inferimus, quod dum paſta acido, ac motu deſerta eſt vna cum igne artificiali non occurrente; introduci in illis innanitis poris alkalizatis, imò interſe amplecti per modum paccati coitus, illi ſpiritus nitro volatizati per aerem cum præcitato alkali, & ex hoc inſecto, ſiue ſpurio concubitu animari partes paſtæ. Vnde ver-

vermes æditi in lucem, qui in pingui viuunt pabulo; donec ſibi manducant ruinam: Vide Marcellum Malpighium in accuratiſſima de Bombice Anatome, Hinc liquet ignem naturalem toto cęlo differe ab igne artificiali; naturalis enim, vt vult Hipp. *mollis*, vt in paſta panis, qui impregnat, ac fouet, vires infundit, ac ſoauitèr mouet, vt pater eius ſol in macrocoſmo, eodem prorſus in ſuo microcoſmo operatur. Artificialis autem omni generationi aduerſatur, non niſi ex præda viuit, ac ex aliena ruina ſubſiſtit, vitæ deſtructor, & naturæ hoſtis.

Notiſſimum quidem eſt venerem, nempe alkali eſſe laſciuam, & quemlibet maſculum (ideſt acida, tam occulta, quam manifeſta; vt acetum, oleum, adipem, ſacharum, mel &c. omnia inquam virideſcere cum cupro) ſine diſcrimine quidem amplecti, ita vt omnes maſculi eius amore exardeſcant: At vt diſcurſus hic clarior euadat, paulò altius doctrinam inſpicere conuenit, nec hic locus eſt.

CAP. III.

ENTIVM Oculta ſuis in cauſis ſenſibus, aliàs imperuia plerumque fallentibus interpretamur effectuum coniectura; nec dum fideli ſatis argumento, quin vt diuerſæ quandoque actiones in diuerſa quoque distrahamur iudicia. Hinc ortæ de Acido controuerſiæ, ac ſimultates, quod alij ex eo quod ſolida rarefaciat, definiuere diſſolutiuum, alij quod denſet ſoluta, condenſatiuum.

Expedijt hanc, auxitque diſcordiam ante cæteros Quercetanus in libro de ſignis rerum internis, vbi cuiuſque opinionis auctoritatem diſtinctione complectens aſſeruit, Acido reſolui corpora mixtorum, coagulari verò Spiritu: Quod enim inquit Acido reſſoluantur corpora, euidens eſt in ſpiritu vitrioli, vel ſulphuris, aut nitri acido, quæ coralla ſoluunt, & margaritas; id ipſum pollente ſucco perfectè defæcato Limoniorum, Ribes Punicorum, aut Berberum. In quo fundata Galeni Praxis tenacibus in ventriculo, vel in pulmone Catharris incidendis, reſſoluendiſque ſyrupis vtitur è ſucco limoniorum, aut aceto compoſitis. Quòd autem Acido coagulentur ſpiritu, ex arte ſpargirica non obſcurè comperiſſe profitetur in præparatione Mercurij, cuius fluiditas nullo frigore, nullo gelu conglaciabilis; ſublimata tamen vna cum Vitriolo mediocritèr calcinato, è deflua ſolidatur adeò, vt ipſa manu contrectare poſsis. Sed quid opus ſpargiricis ad hanc ſpirituum coagulationem confirmandam? Pone inquit Aquam ardentem in medio glaciei,

vel

vel niuis, ac ſine ibidem per horas quotlibet, aut dies; nunquam mehercule congelabitur; at vero ſi Sulphuris, aut Vitrioli miſcueris acidum coibit in gelu, vel medios inter ignes. Ità corallorum extractum Spiritu quouìs acido condenſabis, ac in priſtinum reſtitues corpus; neque alia virtute Pyrius puluis vitrioli ſpiritu madefactus euadit accenſionis immunis, niſi quod, vt ipſæ ait, Spiritus Sulphureus accenſionis igniculus ab acido conſopitur, & cogitur. Vt hinc faciliùs inquit explicetur id, quod iàm diù Galenicorum ingenia detorſit, quomodò ſcilicet nedum acetum, ſed & Spiritus Vitrioli, atque acida cætera calidiſsima, & Cauſtica liquore aliquo propinata virtutem habeant refrigerandi: ſiquidem quemadmodum Spiritus Vitrioli acidus Sulphureos Spiritus coagulat in puluere tormentario, quominus igne corripiantur, ſimiliter in humano Corpore Sulphurei Spiritus fomites inflammationum, & febrium coaleſcunt ab acidis, nemox in ægritudines conflagrent.

Quamuis autem hæc Quercetani Doctrina tum fama viri, tum allatis experimentis protegatur, ſuppreſſa tamen ratione, remanet idem quærendi locus. Cur eadem acidi potentia, quæ diſſoluit partes corporeas, tenuiſſimos Spiritus diſſoluere nequeat, im nò verò coagulet? in tuto experientię refugio quum nos in effectuum vtroq; contrariū deprehẽdamus (Numquid lac nonenim eſt corpus) quid tamen, quod ab acido coagulatur? Vidimus à Vitrioli, nitrique Spiritu raſuræ chalibis effuſo grandem excitari efferueſcentiam, & quidem palpabiliter, niſi manus refugeret caloris impatientia; quem ſane calorem à reſſolutis, atque in motum concitis Sulphureis Spiritibus in chalibe deſidentibus cauſari crediderim. Præterquam-

quod

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod Ignis, cuius omnem vim in Acido reſidere Tachenio placuit in chimicam Hipocratis, & ſolida ligna diſſoluit, & tenuiſsimum vini Spiritum, ac ſupremas eſſentias citiùs diſpergit, & efficacius. Non ergo ſemper Acida corpus reſſoluunt, neque ſemper coagulant Spiritum, quin virtute promiſcua Spiritum quandoque coagulent, aliquando diſſoluant.

Aliter diſtinxit recentior Academicus, qui conſtituit Acidum in parua quantitate coagulare, in magna diſſoluere; poſtquam ipſe met in appoſitum declamauerat, quum Galeno frigiditatem in Acido defendentem impugnans ait: Si Acidum eſt frigidum, acidiſsimum erit frigidiſsimum; Sed acidiſsima ſunt calida immò cauſtica, ergo acidum non eſt frigidum. Argumentum profectò ipſimet retorquendum; ſi enim acidum in parua quantitate coagulans eſt, in magna erit magis coagulans; quum neutrobi appareat ratio, cur aucto quanto, ipſa quoque quanti virtus non augeatur.

Hæc, & alia diſceptabilia eo difficultatem magis implicauere, quanto quiſque, vel experimento contentus principia rerum abdicauit, vel ſcolaſticis fretus ſpeculationibus abſtinuit experientia: Quo circa cognitio repugnantis in Acido virtutis vtrimque deſumenda eſt, & quod non experientia neutralis diſtinguit, Philoſophia ſupplendum.

Docent ergo Philoſophi, quod vbicumque ab vna, eademque cauſa duplex, & contrarius emanat effectus; alter erit effectus per ſe, vniuocus, & primarius, alter verò per accidens, æquiuocus, & ſecundarius; Non enim cauſæ naturales æquè principaliter in contraria, neque indifferenti natura conſtitutæ ſunt, vt ad inſtar

inſitæ

inſitæ arboris eadem, & nouerca, & genetrix virtus adoptiuæ ſtirpis alumnum æque vegetet, ac natiuum; Sed vnaquæque determinatur à ſua certa natura,ſibique proprium eſt agere ſecundum eius naturæ ordinationem. Itaque proprium eſt frigori frigefacere, calori calefacere, humectare humido, ponderare grauitati. Porrò cauſa ſuæ naturæ actiuitatem intendens imprimit, & quodammodò ſigillat ſe ipſam in paſſo. Idque impreſſum ens relatiuum cauſæ, quia connaturale ſuo naturanti denominatur effectus per ſe vniuocus, & primarius; hacque veluti legitimitatis nota contradiſtinguitur à reliquis effectuum præter naturam,& proprietatem cuiuſdem cauſæ quouis interuentu contingentium, qui Spurij ſunt, accidentales, ſecundarij, ac famulantes. Proinde Hyeme per ſe, ac primario frigeſcunt corpora, viſcera verò per accidens calidiſsima fiunt; primario rudentes humectantur humido, ſecundario vero tenſione contrahuntur; primario ponderat grauitas, ſecundario vero, & per accidens ſinuoſo, ac ſpirituati motu prouoluitur. A' qua proprietate agendi ſimiliter internoſcitur vter effectuum acidi primarius ſit, coagulare, an diſſoluere: Statuentibus namque Thachenio in Chimicam Hipocratis Acidum habere naturam ignis, cuius primaria proprietas eſt attenuare, diſſoluere; Vonderbechio Acidi primarium effectum eſſe corrodere; Naturalibus Acidum conſtare aculeis penetratiuis,& diuiſiuis: Bartholino Acidum habere potentiam aperitiuam,diureticam, & de obſtruentem; profecto attenuare, incidere penetrare, diſſoluere erit effectus per ſe, & primarius Acidi; Conſequenter coagulare eſt effectus per accidens, & ſecundarius.

Primaria quoque eſt diſſolutio prioritate naturæ: quan-

quandoquidem coagulatio eſt ſtatus poſtremus Corporis de fluuido indenſum tranſmigrantis: in quem quidem ſtatum, tamquam purum homogenearum partium complexum, nequit tranſitus fieri, niſi primum ſoluto Corpore fiat concuſsio, ac confuſio, ſeu perturbatio mixti, qua mediante partes diuerſæ configurationis, & indolis euulſæ ſe ab homogeneis iunguntur, perque præcipitationem vtriſque ſepoſitis, homogeneæ complexu quodam ſociatæ ſubinde coagulantur. Ex quo ſanè gradationis ordine diſſolutio præcedit præcipitationem, præcipitatio verò coagulationem effectuum huiuſmodi poſtremam; Neque aliter in lacte contingit, tam & sì Acidi vſus videatur introductus procurandæ principaliter coagulationi: Non enim Acidum primariò coagulat, ſed fundit, atque ita lac à ſero repurgatum, ſegregatumque ſubinde fibrarum ſuarum nexu coagulatur. Quod ſi Acidum primario coagularet, iterum effuſo partibus coagulatis Acido tenatior fieret coagulationis intenſio, cuius contrarium exhibet experientia, quod compreſſæ per coagulationem partes ſuperuentu noui Acidi, denuo reſſoluuntur. Ideo non inconſulto Dioſcorides coagulatio in ventriculo lacti Acidum, ſeu lactis coagulum epotum, ait eſſe remedium: quemadmodum in Ventriculo, vel thorace ſtagnanti ſanguini acida propinantur à profeſſoribus. Fuſi autem per diuretica ſanguinis haud ità facilè ſubſequitur coagulatio; tum quia quotidianis potionibus reſtauratur ſeri iactura: tum quia circulatione ſanguinis præpeditur adhæſio partium: Nec enim incognitum eſt, etiam eductum Animalibus ſanguinem conquaſſatione ſeruari fluuidum ex Hipocratis doctrina, qui de Sanguine loquens: ſi quis, inquit, conquaſſet, & fibras eximat, non congelatur.

Cæterum quaſſatione ceſſante ſtagnas vbique Sanguis eodem modo denſatur, quo lac, & ſimilia, quorum partes componentes ità neceſſitate naturæ diſpoſitæ ſunt, vt craſſæ, viſcidæque inter tenues, & aquoſas rarefactæ, ac diſperſæ, recollectis prout ſuccus deficit fibris, ordiantur in iſtamina; mox ſupertexto velut velo ſenſim denſentur profundius: Et vt aquæ pars illuto ſapone viſcida, & elaſtica ampullatur includendo aeris, ſimilitèr lactis, aut ſanguinis partes fibroſis, & terreis viſcidæ conflantur in alueolos, & veſſiculas intercipiẽdis ſeri reliquijs. Cuius operis neceſſitatem mecanicè demonſtrat conſulendus Borellius, obſeruauitque Hipocrates, qui libro de Carnibus: Si quis, ait, corpus hominis ſecet, vbicumque velit ſanguis calidus fluit, & quamdiù ſanè calidus fuerit, liquidus erit; poſt quam verò refrigeratus eſt, tum ab intrinſeco, cum ab extrinſeco frigido pellicula fit, & membrana; Et ſi quis hac pellicula detracta modico tempore ſinat, aliam pelliculam factam videbit; ſi verò quis hanc ſemper adimat, alia rurſus pellicula à frigore generatur: Vndè quoquè docemur, effectum coagulationis in ſanguine, quæ in viuo corpore fit à calore, craſſam eius materiam exſiccante, & coquente, fieri extrà corpus à frigore ſiccante, quod, & præſtat in omnibus liquidis, aut humidis ſolus aer exſiccans. Porrò Acidum, quod primaria ſoluendi proprietate lac iàm coagulatum reſſoluit, vt diximus, affuſum huiuſmodi concreto ſanguinis acutiſſimis veluti ſpiculis illud lancinat, traiectiſque prædictis alueolis, interclusi ſeri fibras, & membranas diſcontinuat, reſſoluitque denuò partes, qui eſt effectus formalis Acidi, poſtmodùm per accidens iterum coagulandas.

Hucuſque dicta de Acidi affectionibus indicant ſubiectum diſſolutionis, & coagulationis, ſimulque videntur redarguere Quercetanum aſſerentem ab acido coagulari ſpiritus: Si enim eius ſpiritus ſunt ſubſtantiæ omninò ſpirituales independentes ab omni materia, vbi ſunt partes coagulandæ, niſi Acidum participatione diuinæ Virtutis corpus creet ex nihilo? Sin dependent ab aliqua materia, vt reuerà dependent, non ſunt ſpiritus; ſed ſunt Corpora, quæ ipſomet fatente, per acidum diſſoluuntur. Materia namque ingenerabilis, & incorruptibilis ſub formarum metamorphoſi perſeuerat, in quemcumque attenuetur ſpirituum; quorum tria genera Chimicis comperta ſunt: Nempè Acidum ex ſalis fluore, vt Vitrioli, Nitri, Tartari, Alkalicum ex ſale volatili, Cornu Cerui, lotij, Viperæ; Et ardens, ſiuè ſulphureum ex vino, Ceruiſia, & Citro. Acidus ſpiritus abs re noſtra fuerit, ne in eo, quod Quercetanus aſſerit coagulans confundantur, actio, & paſſio, quæ non dantur in eodem. Alkalicus verò Spiritus, & Ardens ſiuè ſalinus, & Sulphureus, nihil aliud ſunt, quam ſalis, & ſulphuris volatilium, minimè partes aeri immixtæ, quæ per diſtillationem eliciuntur, vna cum aere; flegmatis etiam portionem commixtam habentes, ideoque in forma liquoris aquei aſcendunt.

Si vt ergo Acidorum aculei fibroſas veſſiculas lactis, aut ſanguinis perforando ſerum contentum excludunt, ſimiliter Aquæ vitæ, aliorumque ſpirituum poros penetrando aereas expellunt atomos, quibus pulſis omnis omnino ſalis, & ſulphuris volatilitas, ſeù ſpirituoſitas deſtruitur, perquè modum præcipitationis degenerat in craſſitiem. Neque diſſimili ratione pyrius puluis ſpiritu vitrioli madens accendi reſpuit; tum quod excluſis per

acidum diſſoluens aereis particulis neceſſario ſequitur impotentia deflagrationis, quæ ſinè ſpirituoſo aere fieri nequit;tùm etiàm quòd illius Acidi flegmatis mucor admotus, extinguendæ potius flammę obnititur.

Ijſdem inſiſtendo principijs depræhendimus etiàm quomodo Quercetani Mercurius cum vitriolo ſublimatus coaguletur. Inſtabilis anteà, & fuſionis ignauus,continentèr defluus, & in globulos omnium conſortia recuſantes volubilis, iàm Aqua forti, ſeù vitriolo commixto ſubiugis adeò, vt ęquè ductilem identificatum, & diſperſum in corpus vitrioli tranſmigraſſe putaueris. Ita dùm ſublimatur tranſcolata inter diſtillandum humiditate vniuerſa, Vitrioli ſal vi ignis fuſus, & ad vltima vſque Mercurio permixtus fibras, ſtirias, & ramenta intertexit, quibus veluti compedibus ſub mancipio cogitur fugitiuus Alipes. Vnde ſcire velim à Quercetano, num fundere ſub vitriolo mercurium, & diſpergere ſit ipſum coagulare; num per ſublimationem firmari vitrioli ſalem in continens Mercurij, ſit firmare contentum mercurium ex integro fugitiuum? Memore ipſo Quercetano, quòd ſi prædictæ ſublimationis ſal in aquam inijcitur, eius liquatione aceſcit aqua, liquatiſque ſalis ligamentis, emanceps Mercurius veluti poſtliminio redux in priſtinam fluxibilitatem reſtituitur.Æquè redimibilis ſecundum alios ſpargiricos ab Oleo Tartari, ad cuius Alkali auidiſſime accurrens Vitrioli acidum, liberat ab obſidione Mercurium, ſe Tartari Oleo captiuans. Quo motus recentior Author ſublimati veneno deglutito Tartari oleum exhibendum præcepit, tamquam proprijſſimum anthidotum.

Acidum ergo ſpiritus, & Alkali proprietatem habent

diureticam fundendi ſanguinem, eiuſque ſeroſitates exhauriendi, diuerſa quamuis actione; quod Acidus primariò agit in continens ſuis aculeis foraminando fibroſas veſſiculas, vnde ſeroſitas emeet, Alkali verò agit in contentum ſanguinem, quem elaſtica vi tumefacit, & impellit, vt veſſiculæ diſrumpantur. Ceu Vinum, quod è dolio dupliciter poteſt erumpere, vel quia ſpiculum aliquod perforauerit vas, vel quia incluſi muſti ſpiritus efferueſcens, & tumens vim intulerit continenti. Domeſtica ſanè ſimilitudo, ſed ad mentem Hipocratis in primo libro de diecta, qui ex manifeſtis obſcura retexit.

Applicando proficuè Theoricam vſui Medico inferendum videtur; quod vbi ſanguis ſpiritibus turgens, ac luxurians erumpit in hemoragias, remanente cęteroqui ſufficiente conſiſtentia fibrarum, Acida præſertim liquoribus diluta peropportuna cenſenda ſint, non ad ſpiritus coagulandos, vt tradidit Quercetanus, ſed vt ijs foraminentur veſſiculæ ad euaporandos ſpiritus incluſos impetum molientes in ſanguine. Vbi verò ſanguinis vitioſa tenuitas apparet ex fibrarum deffectu, vel laſitudine, Acida omninò fugienda. Vidimus enim ſæpè tali ſanguinis diatheſi hemoragia laborantes velociùs oppetere, quibus Acida exhibebantur ad ſanguinem, vt credebatur coagulandum, quùm reuerà fibrarum reliquum per Acida corroderetur, & potiùs ad reſtaurandas fibras craſſa præcipienda fuiſſent alimenta.

Prætereà ex eo quod in lacte, ac ſanguine fluuida per Acidum præcipitata coagulantur, & ſolida corruduntur, ſequitur, vt in calculorum affectionibus, præcauendæ impediendæquè calculi generationi Acida omnia fugenda ſint, cuius exemplum, vt eruditè exponit Excell. D.

Iaco-

Iacobus Sinibaldns in ſuo Apolo Bifronte his verbs: *babuimus in Matrona calculis obnoxia, quæ vſu vini, & aquæ Tiberis, optimò in cæteris vitæ inſtituto, per biennium ſe præſeruauit immunem; at ſuperuento Aſmate, altero morborum eius familiari, ſalis ſpiritu curata per menſem, nephritico; ſubindè morbo vehementiùs ingemuit, calculis in proximo menſe ſæpiùs expreſſis*; *quos illius acidi ſpiritus culpa genitos teſtatur etiam Robertus à Boyle in hæc verba. Hoc autem declarabo exemplo coagulationis, quam feci ope ſalium acidorum, vt ſpiritus ſalis, & albuminis oui ad aqueam maximè conſiſtentiam contuſi; atque huiuſmodi etiam coagulatio effici in lacte poterit, quod non tantum citò coagulari poterit ſpiritu ſalis*; vt ſat notum eſt, ſed corporibus etiam non chimicè præparatis, vt coagulo, ſuccoque limonum; atque experimentis hunc in ſcopum factis oſtenſum eſt; ſi quædam Acida in ſanguinis maſſam immediatè conueherentur, eo in liquore ea eſſe coagulanda etiam tunc, cum in Animalis adhuc viuentis organis perſeuerat. Poſtquàm verò calculus iàm generatus eſt, aut ſaltem proxima illius materia iàm à ſanguine ſegregata, Acida ſummoperè proficua cenſenda eſſent, præſertìm vehementia, & in forma corroſiua exhibita. Subiungit noui enim quemdam dolore calculorum diù vexatum, qui tandèm ſumpto cyatho ſucci cæparum, calculos in minuta friamenta trituratos confeſtìm eminxit, gutture tamen offenſus, quòd fauces ſucci mordacitas inflammauit, delibrauitque. Tanta eſt naturæ imbecillitas, vt abſolutam Acidi potentiam innoxiè ſuſtinere nequeat, liquore autem aliquo temperatam, eneruem adeò ſentiat, vt potiùs verendum ſit ne obtuſæ vires Acidi, præcipitando

eo

eo amplius coagulare, quam corrodendo diſſoluere, ſint idoneæ.

Econtra in Aſthmate pituitoſo Acida moderatè ſumpta incidunt, attenuant, & deobſtruunt pulmonum infarctus, ideoque rectè præſcribuntur Oximel, modicum ſalis ſpiritus, aut aceti ſquilitici; Vehementia verò acida ſpirandi difficultatem mirum in modum adaugent, eo quod intolerabili vellicatione nerui pneumatici, atque laringis muſculi ſpaſmodicè contrahantur; tùm quia tanta fit in arterijs per acidum vehementia cruoris, diſruptio, & præcipitatio, vt fibroſæ partes à ſeroſis ſe iunctæ, harumque vehiculo diſtitutæ in pulmonum venis deſedeant, & ſtagnent.

Poſtremò videtur inferendum, quod vbi ſeroſitates ad vrinæ vias traducere aggredimur, ſedulò diſtinguendum ſit, quando diureticis acidis, quando alkalicis procedendum, quorum vſus promiſcuè ſinè vllo diſcrimine proponi ſolet à pleriſquè: ſiquidem in Hydrope Anaſarcha, in qua ſpiritibus, actiuiſque principijs non exaltatis, vt par erat, limpharum incraſſamento natura obruitur, quantumuis aliqualem per acida diuretica diſſolutionem ſperare poſſis, improficua tamèn ea curatio, vtpotè ad morbi cauſam, exaltationis ſcilicet, ac ſpirituum defectum non directa; qui ſanè defectus Alkalicis ſpirituoſis tumefacientibus, ſimulque promouentibus exaltationem reparatur. Quòd ſecùs erit in Hydrope Tympanite, in qua, quia ſalia præter modum luxuriantes ſuccos nutritiuos flatuosè intumeſcentes peruertunt: Momentum ſalutis dependet ab acidis abbundantèr abſumptis, exemplo Hidropricæ, apud Auicennam, Mulieris, quum ingeſta Punicorum incredibilis quantitas omninò ſanauit.

Acidum

Acidum Fermentatiuum vbi paratur.

C A P. IV.

NON incongruè ſuperiùs innuimus tractatum de Acido illumque enim filium ſolis cumTacch.vocauimus: Namq;tam ratiociniũ generale,particulari præcedere fas erat, quam vt ſuppoſitũ in inferiori ratiocinio probatũ exiſteretur. Reſtat modo videre,an accedat,vel exiſtat tale acidum in ſtomacho;inde quomodo per errorẽ è ſtomacho delabente morboſum euadat(hancq; aſſertionem demonſtro pro maiori lumine, ac inteligentia in reſolutione, ac reunione lapidis, & calculi in Cap.) quòd in alcali inuaginato lapideſcit, vel in renibus, vel veſcica; aut alijſque corporis partibus. Videre ergo, an ſedes, & fucina acidi ventriculus ſit; Quidquid alij ſenſerint lienem non ſtomachus; hanc enim potius cloacam, non officinam dicam: canes namque quibus lien diradicatus eſt, adhuc voraces eſſe, ſi credimus experto Louerio; quòd tamen aliter euenire deberet, ſi acidi ſedes lien eſſet, non ſtomachus, cum ædacitas, & fames ab ipſo acido pululet, vt ex Hipp. 6. Aph. 1. *In longis leuitatibus inteſtinorum ſi ructus acidus ſuperueniat, qui prius non erat bonum*, idem ſonat redijt ſtomacho aciditas, qui cum cibum, vel ſuccum vitalem tranſmutat, tunc neceſſariò optima alimenti diſſolutio inſtar aquæ, ex qua tunc ſanitas ſuſcitatur. Quare meo arbitratu clarè deducitur ſedem acidi lienem non eſſe, illo namque diradicato, vtpotè cauſa acidi defficeret effectus vellicationis, & conſequentèr concoctionis, & diſſolutionis ex ipſo præcedenti, quamobrem per conuertentiam licet

arguere *ex permanentia nimirum effectus exiſtentiam cauſæ*, & vice verſa ab eſſe inferrimus, cauſam eſſe illam, quà *poſita ponitur effectus*, *& qua remota remouetur effectus*. Si igitur dempto liene perſeuerat adhuc, diuque conſeruatur aciditas in ſtomacho, euidens ſignum eſt ex eodem elaborari continuò, tamquam immediato ſui inſtrumento, ad alterandum, coquendum, ac diuidendum alimentum, inſtàr aquæ regiæ cum auro, cui competit aurum diſſoluere &c. Hinc natura prouida in functionibus, nè præualeat acidum in ſtomacho, & in præiuditium, ac deſtructionem viuentis, ingerit in aliquibus Rapinæ Auibus, ac Piſcibus, alijſque animalibus, vti aliquando ſaxiculis, non per modum inquam alimenti, nam quid ex his extrahi poteſt? ſed vt diuertatur ſuperfluum acidum ſtomachi, & lieni ſuppeditetur. Alias atrophia laborarent, & numquam pingueſcerent: Vnde euidentèr noſtrum perſiſtit aſſertum, lienem cloacam, non acidi officinam eſſe, quamuis Anonimus quidam Thomæ Bartholino ſcribat, ac redarguat ſequentibus verbis; Non ne *in liene patet ductus*, *qui ad ventriculi fundum pergit*; *euidens ergo ſignum eſt non ineſſe tale acidum in ventriculo*, *ſed à liene deriuare*; imò etiam præcitatus vrget experientia, nimirum; nulla pars corporis præter lienem ſapit aciditatem, vndè deglutitus lien præſertim ſuillus ventriculi grauitatem remouet, quia ei porigit acidum.

At in caſſum hęc, ſimiliaq; dicunt, nam hoc idem nobis fauet, & in aduerſarij iugulum retorquetur argumentum. Ductus enim, qui inter lienem, ventriculumque intercedit, potius procedere ex ventriculo in lienem, quam è contrà demonſtratur; nam ineſt fundo ventriculi per

aduer-

aduerſarium; adeoque congruentius videtur ex ſtomacho iminente fœculentas acidi partes, ac ſuperfluitates excolari in lienem, quam ab hoc inferiori in ſtagnum deriuari, ſicut idem licet arguere, quamuis ſit ductus à fonte ſuperiori, ſtagnum inferius in dubium nullus reuocauerit à ſtagno in fontem aquam corriuari;ſimilitèr ratiocinandum eſt in caſu noſtro,atq: etiam validiùs oſtenditur dicta veritas experientia, qua multoties comprobatum vidimus per ligamentum medio ductui iniectum, qui ſtatim verſus ſtomachum turgeſcere, non autem propè lienem fuit depræhenſus, ex quo liquet originem acidi in ſtomacho deſcendere, euersò iam aduerſarij fundamento reliquum corruit, vt conſideranti patet. Mirum enim non eſt lienem ſapere aciditatem,cum ſit eiuſdem acidi ſtagnum, ideòque deglutitus lien præſertim ſuillus, elleuat ventriculi grauitatem, quia acidum in eo incluſum ſtomachi comunicatum auget innatum acidum, iuuatque ad alterandum, ac digerendum, & conſequentèr leuitatem auffert; Hinc ſalſaturæ omnes, atq; ciborum condimenta ad acuendum apetitum acida ſunt, vt ſuccus citri, arantij &c. Hæcque eſt ratio, quare acida ſpleneticis amica ſint; vnde Celſus, & Hippocrates malagma ad lienem aceto conficiunt; hocque nos docet quotidiana experientia, tale acidum inneſſe in ventriculo, nam ſanus quiſque ieiunè lactis hauſtum bibat, illicoque illud euomat, tunc acidum lingua percipiet, & videbitur lac ſemi caſeatum, quaſi acetum illi inſperſum fuiſſet. Imò ſimilè ferè acidum reperitur in natura obſtetricia manu,quòd in vitro omne alimentum quatuor, vel quinque horis ad moto ſimplici calore extraneo in lacteum chilum ex acido in ſalſum tranſmutat (iucundo

E ſpecta-

ſpectaculo, quod ad oculum cuilibet id expectanti demonſtrari poteſt. Tachenius quoque in cap. 5. comprobat vnico verbo, *cũ acido ſtomachi, & alimento alkalizato fit ſalſus chilus, ſalſa vrina, etiam in ijs, qui numquam ſal deguſtarunt: ſalſus ſudor, ſalſus ſanguis, carnes, & oſſa, imò ipſa aliui excreta*; Hogelandius talem ſuccum ſpiritui vini mixti cum chalcantho equiparauit. Fracaſſatus verò ſalinum recipit fermentum, ſed illud Mercuriale, ac armoniacum cenſet, & maximè volatile parum ſollicitus, an à ventriculo, vel à liene, vel recrementis ciborum prodeat. Eſſe autem ſpiritum accidum experientia probat. Eximatur enim vel in ſaniſſimis ex cauitate venticuli chylus, ſemper, & vbique acidus deprahendetur, quomodocumque demum ſapuerit ingeſta. Media via prudentèr graditur; Fer. Loſſius fermentum eſſe acido ſalinum, quia tanta eſt eius varietas ratione indiuiduorum, & ſpecierum; Hic magis acidum, ibi magis ſalſum; ratione etiam ætatis variare. In veteri glire nullam ſalſedinem in iuuene aliquam; In adultis hominibus acidulum in infantibus inſipidum, in canibus modo ſalſum, modo acidum, vnde manifeſtè acidum ſi præualeat extra ſtomachum eſſe morboſum cognoſcimus, proùt etiam ſubiungit præcitatus Tac. cap. 28. *cum verò acidum non alkalizatur in ſalſum priuſquam meſeraica tranſit, & caſu intra recipitur ad ſanguinem pereptans aceſſit, ſtatim fiũt febres, vel pleuritides: ſanguis enim tunc temporis emiſſus in grumos concreſſit, eo quod ſuperans acidum alkali cogit.* Nec id calori tribuendum eſt proùt docet Elmontius in tractatu de aura vitali. *Canes conſuetè triturant oſſa in ſimilitudinem cruſcarum farinæ*, & indè poſt ſubiungit *tot putrefactionum varie-*

tates

tates, tot ſtercora vnius panis ſpecie diuerſa, quot ſpecies animalium pane nutriuntur. Vnde præcitatus; eſt ergo infert *ſpiritus vitalis ſanguis per vim fermenti, & motus cordis reſolutus in auram ſalſam illuminatam virtualiter, quod lumen in nobis eſt calidum in piſce verò friget actualiter, ſic vt numquam quandiù viuit, & ſubſiſtit, queat ad caloris potentiam adſpirare;* Ex hoc deducimus, quòd à moderato calore excitatur, ab immoderato extinguitur; ſicut lucerna ab immoderato, & deficiente oleo extinguitur. Quare non incongruè Hipp. in libro de humoribus dixit, *vt in animantibus ſtomachus alit. calefacit, refrigerat, ſicut in vegetabilibus terra*: id ſonat ſtomachum eſſe omnium actionum præſidem, quæ in corpore ſolius acidi vitalis gratia ibidem latentis contingunt.

Inſtrumentum itaque vitale, aut ſeminalis virtus (voca vt tibi libet) in omnibus rebus aciditas ineſt, aut occulta, quæ à veteris noſtris potentialitèr dicitur; illa virtus manifeſtè in ſtomacho habitat, in reliquis omnibus membris occultè atteſtante Hippocrate lib. de arte. *Homo inquit, non habet vnum ventriculum, ſed plures, & omnes muſculi ſuum ventriculum habent*; officium eſt in aliud ens tranſmutare duarum facultatum ope, nimirum acido innato, & alkali acquiſito.

Patet quòd in ſano ventriculo acidum volatile numquã deficiens inhabitat, cuius beneficio alimẽta, quæ omnia nullo excepto Alkali volatilis plena ſunt in chilũ, vel ſuccum primò aceſcentem, indè paulatìm in ſalſum, ideſt maturum vertat, & tranſmutat, è contrà in ſtomacho ægrotantium animalium, tunc aceſcit, quidem verbi gratia lac, ſed non imprimitur vitali caractere, propterea aci-

ditas fit putrefactiua ; quæ non nutrit, ſed malum adauget. Hinc Hippocrates in diuerſis febribus, non vt turba medicorum in omnibus prohibet lactis hauſtum. Latet ergo aciditas in ſano ventriculo viuentiū, quæ tamen non ſolum ſimpliciter coagulat, ſed in ipſa coagulatione imprimit ſpecificam vitalem vim ipſius animalis, quę quamuis in acido conſiſtat, differt tamen à quouis acido, cum alibi in vniuerſo mundo ſimilis, non reperiatur, continetque in ſe quidquid indiuidui animal habet, & in futurum quamdiù viuet habebit: cum hoc acido chylificatur lac, & in alimentum recipitur ; in cane nimirum induit canis naturam &c.

Ineſſe tale acidū in ventriculo viuentis, docet Tach. cap. 15. ſequentibus verbis. *Potatorum, & belluorum vrinam propter copiam, quam ingurgitant mingunt ſingulis horis præſertī à vino rhenano, & aquoſo, non exiſtimo debere omnes venarum ductus tranſire, alias tincta decurreret, hec tamen vrina colore aquæ ſimilis, tamen ſalſa eſt, ſicut illa, quæ tincta à moderato potu generatur, quod probat lixiuium alkalizatum, è contra vrina morientium licet mingant in pauca quantitate, & tincta, caret omninò ſalſedine, vt & alkali (præter commune, ſi quid in cibis aſſumunt) neceſſe eſt itaque iſtud ſalſum generari debere ab impreſſione acidi vitalis in ſtomacho ſedentis ; quòd morientes deſerit paulatim.*

Actenus Tac.

Igitur in ſtomacho omne ingeſtum in ſalſum volatile tranſmutari debet; chilus autèm propter errorem, vel internū genitū, vel externum, vel minus, vel nimis aceſcat, vt ex Hippochrite lib. primo de dieta *ſi importunè, & violenter cogatur omni ſucceſſu priuabitur*, vt in potatoribus

tatoribus, & helluonibus videmus; qui aſſumpta quandoque per vomitum reijciunt acidum redulentia, non proportionatur: tunc fit alimoniæ, & ſubſequentibus ventriculis ineptum, importuna aciditas per meſeraica perreptans, tunc totum corpus inequalitèr calet, & quoniam alimentum diſproportionatum eſt, fieri etiam ineptum exhalationi neceſſe eſt. Præcitatus lib. de dieta ***neceſſarium eſt, quæ ab ipſo ſecernuntur, ac producuntur diſſimilia fieri***. Vndè vulgus dicit poros eſſe obſtructos, & tranſpirationem prohibitam, neceſſariò ſequi febrim, vel morbum. Hinc omnis morbus iuxtà præcitatum conſiſtit, vel in materia coagulata, vel ſoluta, quæ vel magis, vel minus differt iuxtà ſaporis qualitatem; quorum numerum infinitum recenſet Hipp. de veteri medicina 6. aph. 1. ***Ructus acidus, qui prius non erat nidoroſis ſuperueniens bonum pronunciare***, quòd ſonat in omni morbo ſoluto, e.g. alui fluxu deficit ſtomacho aciditas, & quibus hæc adeſt ijs prouenit fluxus, vel inteſtinorum leuitas ex nimio ſalſo ſapore, qui ſapor ſaltem diſoluit mollitèr concreta, numquam tamen erit exitioſus, & lacte ſolo ſuperatur, eo quod lac facilimè ſalſis comiſcetur, eluiturque; ſin verò proportionatum acidum, & alkali etiã debito calore omnibus ventriculis, ſiſtet vt Hipp. lib. 1. de dieta, ***& concors concordi adhæreat, ac aſſideat ſine pugna, & diſſidio, hæc vocatur ſanitas***, atque ſic perficitur, & coagulatur ſmegma, quod, & ipſum, ſi quandoque diſproportionatur, fit morboſum ſuo contrariò ad ſanitatem reduci, recoqui, & in ſalſum recoagulari.

Hinc liquet ventriculi fermentum eſſe illud principiũ ſpermaticum ab ædulijs perpetuatum, quo cuncta fiunt,

vt ne alijs quidem ſuccis comittendum ſit,cui ſolidaquè à fluuidis cribrare , ac inſtar aquæ regiæ in auro partire officium eſt : ſolida inquam prò producendis , & ſuccurendis E. g. dentibus,oſſibus &c. cuius principium in ſe intrinſecum mihi magis aridet,eſſe ob arctiſſimum reticulare , ac nodoſum corpus auctum per intus intra limites ſuos , ad differentiam fluuidi corporis extra limites expanſiui ; hæc enim de oſſibus fabrica à perſcrutatiſſimo Marcello Malpighio eruditè exponitur. in eius opuſculo.Cap.cuius hæc ſunt verba *pari incremento procedit natura in oſſium augmento fœtus oſſa , & cranium præcipuè filamentorũ progreſſum exhibent*,& quę ſequuntur ; Pariter oſſium ſtructura habetur in eruditiſſimo de oſſibus libro parte prima D. Dominici Galiardi Medici Romani , ac Colegiati , docens oſſa eſſe conſtructa ex lamellis, Bracteis interſe clauellatis .

Fluuida verò ſeu lynfatica docet Bartolinus in anatome de Vaſis lynfaticis ad cor,præbens motum ſanguinis,hoc eſt aggregatum fibrearum carnearũ à lynfis deſſumere;his verbis.*Sed à partibus diuerſis hinc inde veluti riuuli ſalienteſq; fontes ſeparatis originibus ad tres fluuios tendunt : receptaculum Chili , lacteum thoracicum , & iugularem , vt mediante alueo axillari in communem cordis oceanum exundent .*

Succus autem,qui de ſolido,& fluuido participat,cauſatus vi minoris , vel maioris acidi ſfibrantis; hic prò vt ebuliens; ſi cum ſucco oſſium, efficit ſaponem;vt videre eſt capitulo de ſapone , ſi minoris gluten , legge meum libellum ſermone populari *delGlutine*,qui ſi adinuenerit partes,alkalizatas; hic inuaginatur,& conglobatur,quod eueniet ſi in ventre igniculum, ſulphureum vocatum, ac

lu-

lucem continebit, erit lapis marmoreus, auctionem habens, vt vegetabilia per intùs ſuſceptionem, vt dixi de productione vermium; ſin autem deſſiciet inigniculo conglobabitur quidem, ſed non auctionẽ habebit, hocq; vltimus explicatur phiſica, quotidiana experientia, dum in aqua ferventi, ac bolenti proiciuntur alkalica, vt E.g. farinæ, vel cineris, & ſimilia, ſi non admoueatur ac agitetur aqua buliens; dum proiciuntur, vt dixi, non ne conglobatur cinis, vel farina? Profectò hoc tribuitur, quia alkali aprehendit ac deuorat acidũ, ac inter ſe vniuntur, & ſfericã figuram aprehendunt. Pari itaque modo in animali, vt in homine euenit ſi præcipitato acido oculto, & adinuenerit alcali, nempe cineres ſuſcitatæ excõbuſtis ſuccis, dabitur lapis marmoreus, qui augebitur donec extenſionẽ alcalium habebit, vt de ſemine &c. Cum autem vna cũ cineribus adinuenerint pulueres ſaxiculorum in antris natoſis hepatis indagatorũ, vna cum vrgenti igne dabitur vitrũ, vt de vitro videre eſt. Hæc veterum medicorum contemplatio infantilis, & abſurda videtur; ſed propterea non ſunt calumniandi, neque honor illis detrahendus eſt; multo minus cachino exponendi; ſic iubet magiſter meus.

DE

DE LAPIDE IN CEREBRO

CAP. V.

QVÆ hactenus de Lapidibus, eorumque concretione elucubrata præmiſimus, in gratiam medendorum Corporũ incollimare non eſt qui non videat. Operę pretium itaque ducimus poſt generalem eorum diſcuſſionem, ad finem primariò intentum deuenire, enucleando ſigillatim moſtruoſas Lapidum concrectiones, quæ in humanis corporibus ſæpè ſepiùs veluti naturæ, abortus contingunt. Et cum rectus ordo poſtulet à nobilioribus eſſe incohandũ, hinc à Cerebro exordium ſumimus; huiuſmodi Lapidum in eo, licèt perfrigido, & humido, productionem ſedulò inueſtigantes, ad quod, cum maximè conducat *Syluius* his verbis: *In glandula Pineali non ſemel aliquot Arenulas, quin & aliquandò calculum exiguum piſi partem quartam æquantem, & ſubrotundum obſeruaui aliàs tres calculos*. *Schylius* lapillum inuenit, qui plùs, quàm dimidium Glandulæ occupabat. *Barbetus quoque*. At arcanorum naturæ perſcrutatoris Marcelli Malpighij diſcurſus placuit tanquam preliminare attexere; nempè partes in Cranio contentas in ſegregatione fluidorum ſua officia adimplere, proprijſque fungi muneribus, ſcribentis: *Corticis, ac carne veluti filtro ſeparatur ſerum ex Arterijs meningum, & per fibrulas Cerebri indè in elongatos neruos deriuatur, reſiduum autem ſinubus recollectum appenſis venis iterum ad præcordia refluit. Hoc ſerum pluries in Cerebro, & medula oblon-*

gata

gata rectificatum, induere forſàn nobiliorem naturam ſpiritibus, vel continendis, vel gignendis idoneam. Si verò, vel propria craſſitie, vel excrementorum afluentia ſit impar minimis fibrillarum meatibus ſubeundis, extagnante in cerebro Epilepſias, & Apoplexias excitari. Lympbæ fore t metropolis cerebrum.

Nec ab Hipp. Oraculo longè abeſſe arbitror aſſerentis, *quòd ita à ſimili operatur in Homine natura, ſicut & ars.* Quamobrem ad mentis meæ conceptum clariùs expromendum à ſimili, Puerorum Ludum attexam, quo liquido conſtabit, ni fallor, quo Arcanorum Mater natura vtatur, modo in elaborandis, conficiendiſque in cerebro Lapillis. Conſueuerunt itaque Pueri ſæpè ſepiùs fiſtula ori ad mota in ſaponaceam inſuflare aquam, qua veluti intumeſcente frequentes emergunt bullæ. Pari methodo naturam procedere in formando Lapidem cecerebri autumo: Efferueſcente namque in ipſo (præſertim in Plenilunio, vt notat Bartholinus in Anatome de cerebro, *quando in calua turgeſcit*) nimia operationum ingruentium copia, pluſquam par eſt agitata canaliculorum ſtructura, ac compage laxata ex tortuoſa inflexione aliquem eorum lacerari, & ſic in tubum quodammomodo inſuflantem conuerti contingit, in ceream hic quandam materiam, ſiue ſaponaceam impingit, & exagitat in bullas, quibus in vnum coactis, in veſiculis glandulæ pinealis, exſicatiſque fluidis per os demiſſis, dicta glandula lapideſcit, & nuclei pinei figuram, quam anteà præſeferebat dimittens pineam imitatur, vt in figura lit. A.

Quod totum indagauit in capite cuiuſdam ęgeni defuncti præclariſſimus Medicus D. Berlingerius Gipſeus,

dum viueret Bononiæ in Xenodochio S. Mariæ de Morte Profeſſor, & inuentum à ſe Lapidem delineatum, placuit inter alios Viros propalatum mihi demonſtrare, nec non eius ſigna ſyndromen prædicentia manifeſtare; Quam figuram in gratiam ſtudioſæ Iuuentutis, ac confirmationem noſtri ſuperioris ratiocinij hic impreſſam typis mandauimus.

Narrauit itaque præfatus Dominus ſe curam ſuſcepiſſe præfati ægeni annor. 30. circitèr, ſuiſque expenſis geſſiſſe, cuius capitis ſtructura inuerſam cucurbitam repręſentabat, nempè ſuperiùs latam, inferius diminutam, & Phynoſomiam ſuillam habebat, caputque erectùm ſuſtinere nequibat, imò ſi manu ipſum erigebat ſtatim demittebatur ad pectus. Hic continuò dolore capitis grauabatur, itaut nihil poſſet memoriæ mandare; ab ore limpidiſſima aqua ſingulis ferè diebus ad quantitatem calicis profluebat. Indè morte præuentus, inter partes præcipuè capitis, à nupèr memorato viro anatomizatas adinuentus fuit lapis magnitudinis nucis auellanæ, ſed tantiſpèr elongatæ, ad inſtar nuclei pineæ; exteriorem cruſtam quaſi pineam repræſentans, medullare centrum tartarizatum, vanumque ſinum; ſitus ſub fornice inter duas nates, ac infixus in glandula pineali; ex quo moueri poſſumus ad rationem aſſignandam, cur ipſæ beneficio memoriæ careret. Nam talis glandula ſicuti in ſtatu naturali inſeruire nata eſt cuilibet diſtributioni, vt notant Anatomici; proindè tartarizata, & infixa defecatum partum præſtaſſe neceſſe èrat, in quo conturbatæ remanebant quæcumque intellectus operationes, vel vt Hipp. quibus aqua ſuperat ignem in cerebro, fiunt adeo ſtupidi, hebeteſque, vt prè tenebroſa humiditate, vt ſubiungit

iungit Tach. acidum fixum in natura percipere non poſſit. Hinc iure meritò præfatus Gipſus admiratione captus, in hec verba prorumpens ait; quis poterat tanto occurrere morbo? ſubinde addens ſummopere ſibi diſplicere ſolutiuis vſum fuiſſe medicaminibus in curando ægroto, vt Pilulis Cocchijs cum Eleboro, Aggregatiuis, de Agarico, alijſque ſimilibus; tum etiam veſicantia applicuiſſe humeris, & occipiti; nec non medicas cucurbitulas; tandem ſternutatoria ad expurgandos humores tradidiſſe; ſibi inquam diſplicere aſſerebat talem medendi methodum ſequutum, vtpotè quam noxiam pro comperto habuerit, cum exſiccando humidum ad tartarizandum, elaborandumque lapidem vnicè conduxerit; Quòd procul dubio vitaſſet, ſi Kentmani praxim, quam anno 1550. exercuit, ſimilem curando ægrotum, quem Puina, Sambuci floribus, & Requie Nicolai Alexandrini: ad ætatem annorum 75. perduxit ſecutus fuiſſet, vel Nepente, & ſimilibus.

Fig. I.

A. Glandula Pinealis tranſmutata in corpore petroſo.

B. Fornix ſublata, & retrorſum reflexa.

CC. Protuberantiæ cerebri, quæ nates dicuntur.

DDD. Ventriculorum dextri, & ſiniſtri fundus in quo anterius vaſcula apparent.

E. Canaliculi, qui de ſui natura inſtar inteſtinorum in cerebro inflectuntur, modo ex concuſſione variant figuram, aſſumuntque rectam, & efformant internodium arundineum, quod à nobis diciturTubus.

F. Tortuoſi giri cerebri, ad differentiam Cerebelli, qui circulares, & ordinati circumgirant.

Fig. II.

G. Glandula pinealis ſana, quæ ideò pinealis dicitur, quia figuram nuclei pinei tenet, hanc obſeruamus conſtitutam inter nates,& appoſitam foramini,quòd in medio ventriculo in nobilem intrat.

HH. Nerueus funiculus, qui vtrinque nates firmat, vnitur cum neruis oculorum motorijs ad muſculum troclearem.

Fig. III.

HIH. Glandula petroſa, vna cum funiculis.

K. Supradicta per medium diſſecta, cuius pars interna aliquantulum tartarizata repræſentatur.

Fig. IV.

L. Tubus quo lapis efformatur.

De



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM.

De Tumore ſub lingua concreto.

CAP. VI.


TOto Cælo aberraſſe eos, qui cauitates ſub linguā ſitas vndecimum appellarunt muſculum liquidò iam apparet ex lapillis in eis quandoque repertis, & in earum concreſcentibus ſinu, muſculorum enim munus, cum ſit per tenſionem, & contractionē motum in ſe, tum in contiguis, ſibiq; anexis partibus cauſare improbabile omninò demonſtrant in eiſdem lapidificum, vtpotè quod vas immotum, ac quieſcens exigat, vt per ſtagnationem ſuccorum materies craſſa, ſeu lapidea coaguletur, figura inſuper muſculorum, & ſtructura adeò oppoſita confectioni lapillorum eſt, vt vix vnquam in tot corporum ſectionibus, ſedula indagine peractis memoriæ traditū repereris in muſculis lapides fuiſſe inuentos; Hinc philoſophari licet prædictas cauitates, non vt aliqui autumant muſculos eſſe, ſed glandulas potius ſublinguales ad irrigandum muſculorum faſciculum inditas à natura, quòd præter figuram earum, & ſtructuram ad continendum ſuccum aptiſſimam, concretio lapillorum in eis contingens apertè id comprobat, teſte Kentmano in exemplo ſuppoſito.

Torgæ in aula Sereniſſimi Principis Federici III. Saxoniæ Ducis Tibicem erat, quo non numquam princeps vtebatur in tali ſtudio cum ingenio, nec non induſtria verſatus. Io Steidelij nomine, cui tuberculum ſub lingua inſurexit duriuſculum in faucium glandulis, ſed doloris prorſus expers, quod ipſæ, & ſui conſultores ex flatu vehementi ſic intumuiſſe opinabant, ſed cum

paula-

paulatìm accreſceret, & Buccinæ vſui impedimento eſſe cepiſſet à Chirurgis conſilium petit, qui cataplaſmis foris appoſitis; intus autem gargariſmis, & ſic tumore mollito ſaniem tuberculum illud facere egerunt, quod dum ictu aperiretur, exprimereturque ferè pus durus, quidam lapillus exiliuit, qui etiam nunc penes ſtudium Illuſtriſſimi de Coſpis Bononiæ aſſeruatur cum areſacta, atque deglutita lauri bacca ſimilitudinem habens, colore ſpadiceus, & iuſtæ grauitatis; Vulnus deindè ſanatum integrè fuit, & tumor euanuit, nec tibia canenti amplius moleſtè obſtitit.

Linguę figura 1.ª



De Lapidibus confectis in Iuguli Thymo.

CAP. VII.

IN cerebri latibulis exortos lapides arcanum naturæ abortum, eò pernicioſum, quò ignotum, hactenus demirati ſumus. Secundum nunc ſibi locum vindicant in ſubiuguli ſinibus, ſeu glandulis inuenti, vtpotè non minoris notæ lapilli tum ſitu, tum figura, qua amygdalas imitantur.

Vix eſt quem lateant prædictæ glandulæ laringi, ſeu iugulo inſertæ, quæ & vernaculo idiomatæ *animelle* nuncupantur, à latinis verò Thymus, eo quod thymi ſimilitudinem præſeferant, vt expreſſum in tabula videre licet, eaſque ab arteriarum, ac ſub clauarum diuiſione originem trahere in ſummitate Thoracis, & ſi Riolano credendum, perturbationum animi ſunt ſedes; in dicta etenim glandula tum ſpiritus, tum ſanguis ebulliunt, in corde namque efferueſcit tantùm, & contrahit colorem, nec immoratur, ſed continuò excurrit motu, quòd colligere fas eſt ex raritate, ac paruitate ramorum.

Patet inſuper ſpongioſum, molle, & albicans eſſe corpus hoc glanduloſum, illique patulam, & capacem in eſſe cauitatem, vt obſeruauit Bartholinus in Afnia Anno 1652. poſt quem Graeſius criſtallini ſucci reperit portionem: & Varro opinatus eſt glandulam hanc à natura deſtinatam ad parandum, ſecernendumque partibus neruoſis alimentum.

His ità præſuppoſitis, tanquam veris, & ſtatuto hoc ſiſtemate, philoſophari licet huiuſmodi lapillos in dictis efformari glandulis, cum prædictus naturæ ſuccus glutinoſus

tinoſus ebulliens, vi caloris fluido ſpoliatus, coaleſcit paulatìm in ſolidum, ad formam cauitatis figuratus; inualeſcente deindè calore magis exſiccatur, & obdureſcit, tandem in lapidem, vociſque impendit armoniam, organum à ſuo naturali ſitu remouendo, vel diſtrahendo. Quod ad mentem Hipp. accidit, cum in libro de ſemine obſeruat, mutari vocem poſt annos pubertatis in maribus *ob auctum calorem*, organi quodammodo figuram immutantem: ſecus abſciſſis teſtibus in caſtratis ob defectum eiuſdem, quod etiam in fœminis contingit, vtpotè frigidis, & ideò hi poſtremi vix à primeua pueritiæ voce deflectunt, ſed illam perpetuò ſeruant eandem.

Nouiſſimis temporibus nonnulli ex diligentioribus medicis obſeruationes huiuſmodi de lapidibus factas communicarunt pluribus, inter quos Lucius Maſſarius Bononienſis, parentis mei Caroli Ioſephi Contoli magiſter in hac arte, & Dominus Profeſſor ſcriptum tradidit caſum practicum ſuis diſcipulis, cui ſimilem refert alium Excellentiſſimus Ioannes Auguſtinus Cuchius priori conciuis, quem ſcrutanti ſibi cadauera contigiſſe narrat ſequenti epiſtola Illuſtriſſimo Senatori Berlingerio Gipſeo.

His verbis. Poſſo riferire à V. S. Illuſtriſſima, che nel meſe proſſimo paſſato di Giugno di queſt'anno 1644. haueſſimo la cura in compagnia col Sig. Maſſari d'vn tal contadino del commune del Lauino di queſto Territo- di Bologna, d'anni 28. in circa, di temperamento pituitoſo, ed humido, capoplenio, ſottopoſto à longhiſſimi ſonni, queſto viueua più di vino, che di cibo; Doleuaſi di non poter ingiotire coſe ſolide, e con difficultà le ſorbili; auenne, che in breui giorni, cangiò la voce chiara,

in

Inter benefica humani corporis viſcera extat Thymus, qui ad vaſa ibi adſcendentia magna, venam cauam & arteriam magnàm, cum earum ramis ad brachia, & ſcapulas proficiſcentibus, fulcienda deſtinatur.

Rurſus ad tutelam, vt euenire ſolet in attractis alicuius oſſis, ne vaſa lædantur.

Corpus Glandulosum ad Laringem ſitum quod propter ſimilitudinem Thymi, Thymum nuncupatur in quo insertum est Lapis Amigdalinus —

A A A. Glandulæ Laringi connatæ.

B. Venæ iugularis portio, ex quo duo ramuli progressi per ſubstantiam glandularum discurrunt.



Vlterius inſeruit prò tegumento Cordis, &, vt atteſtatur Bartholinus, vidiſſe pro vallando Corde contra iniurias.

Præterea vt melius præparetur, & materia nutritiuā in vſum partium ſecernatur, & per neruos liquor nutritiuus inquinatus expuatur, idemque depuratus per ipſos neruos reſumatur.

in rauca, e diſſonora dall' humana. Il predeceſſor noſtro, di cui fù la cura, ſi preualſe delli gargariſmi, e poi delle mucillagini eſtratte dalli ſemi di pſillio, cotogni, malua, nel aqua di viole, à queſte aggiungeua il Siropo Violato di colore, e ſalnitro; à cui più volte reiterò le coppe, ſi à vento, com'anche tagliate, ma conoſcendo, che il male ſi augmentaua, proruppe per vltimo preualeteui dell'acque fredde, e giacciate in bocca per modo di gargariſmo, finalmente vedendo, che ſempre più s'auantaggiaua il male l'abbandonò. Onde, ſi io, come il precitato Sig. Maſſari conſultaſſimo à cangiar, e variar ſiſtema à detto male, ed in vero, ci riuſcì con vtile, con far vſare l'aqua tepida, e perche ſentiua egli mouerſi nella gola, come diceua vn non sò, che paſſaſſimo al decotto di malua in aqua, adoperandolo più caldo, che poteua; Quando ecco, che al improuiſo con impeto di toſſe, diede alla luce vn globo di marcia, nel centro del quale erꝟaui vn ſaſſo tartareo di figura d'vna amandola ambroſina, di colore di canella, e con queſto ſputo ſi liberò.

Rurſus prò comperto habet vir clariſſimus Io. Langius Sereniſſimorum Principum Palatinorum Comitum Medicus in ſecundo ſuarum epiſtolarum medicinalium libro 1. ſcribens Canonicum Ratiſponenſem curâſſe ait, qui ob lapidem in tonſilarum faucium abſceſſus concretum continua tuſſi afflictus erat, emmolito humore, oborta deindè ex præcipitatione alia valida tuſſi calculum gypſeum excreuiſſe, ſimillimum amygdalis, naturæ tuphorum, qui intra digitorum articulos chiragra laborantibus accreſcere ſolent. Quomodo autem, quibuſque medicamentis id factum ſit, Idem Io. exponit, non multū à nuper memorato methodo differentibus.

De lapide in Pulmonibus vel globulis prope Tracheam indagato.

CAP. VIII.

MAgna in hac orbis mole lapides in montibus genitos, terręque viſceribus efformatos, adeò cunctis obuium, ac patens perſpicimus, vt aſſuetudine viluerit, nullamque admirationem inducat. At eos in microcoſmo noſtro quandoque in pulmonibus editos, & inter ſpuendum licet rarò emiſſos conſpicere iure meritò miramur. Quamobrem opere pretium duximus prò viribus tam grandi malo occurrere, quòd ſine præuia cauſarum eius indagine, cum fieri nequeat, ideò principia, quibus prædicti formantur lapides inueſtiganda ſuſcipimus; & cum aeris beneficio valetudo noſtra, & optima conſtitutio præcipuè pendeat, eius opem, ac munia libet attexere, vt ex eorum defectu improbos valeamus effectus colligere. Aerem itaque in conſeruandis indiuiduis Principem partem gerere, qui eo fruitur inficias ire non poterit. Vnde *Coſmo polita motus occultum vitæ cibum* non abſre vocauit. Nouimus vrinæ fæcũ egeſtioni, emitendo partui, Chilo, lymphæ, ſanguinis, motui non parũ conferre. Imò purioris ſelectionem aeris, tũ ad morbos curandos, cum ad ſanitatis robur conſeruandum adeò conducere, vt vegetiores ex eo atque alacriores ſpiritus progignantur. Vniuerſum luſtremus terrarum orbẽ, & cum aere plena perſpexerimus omnia, cognoſcemus opitimè quam vtilis quam proficuus, quã neceſſarius ſit, cum animantia cũcta eo gaudeant, & viuant vegetabilia cre-

creſcant illoque viduata non ſecus, ac flama, qùo aeri non patet aditus præcluſa,ſuffocata,languet illicò,& ſtatìm extinguitur, & quod tandem mirum eſt ſemina, quæque in humido recluſa loco, dummodò pateat aliqualis aditus, puta feneſtra, reuiuiſcunt aeris beneficio, quod palàm oſtendunt,dùm pullulantia capita feneſtram verſus contorquendo totis viribus dirigunt, & extollunt influxus aeris benificos hianti quodamodo ore captatura. Sed ne diutiùs à propoſito dimoueamur eiuſdem in eos beneficia quamuis innumera diſcutiemus, ad quod cum vnicè conducat pulmonum notitia; Ideo ſubſtantiam eorum, ac ſtructuram aggredimur examinandam. Cui tamen præmittere arridet, quod in fœtu nondum in lucem ædito depræhenſum eſt denſiores nimirum, ac craſſiores eſſe pulmones, vtpotè qui aerem nundum attraxerint,quo diſtenderentur, ac laxarentur conſtipati manent, ac denſi, vndenotum inditium deſumunt phyſici partum agnituri fuerit ne in vtero,vel extra extinctus extractos imergunt pulmones aquæ, qui ſi ſupernatauerint poſt immiſſionē mortuum aſſerunt; ſi ſecus in vtero præfocatum affirmant, fętus enim editus attracto per reſpirationem aere diſtentis pulmonibus, ac laxatis leuius quid efficitur aqua,ad innatandum idoneum.

Pulmonum itaque ſubſtantia, vt placet Malpighio, non eſt ex carne,ſed ex veſicularū aggregato, ex tenuiſſimis, ac leuiſſimis membranis compacta,vt videre eſt in 3.figura.Veſiculæ iſtæ extrinſecè orbiculares,at ſinuoſæ veluti fauos efformant; talis inter eas connexio intercedit, vt ex trachea in ipſas, & ex vna in alteram patens ſit aditus deſinentes tandem in continentem membranam, vt anathomicæ demonſtrationes oſtendunt, rete

quodam mirabili extremę inherente membranę colligantur, quod in ranis, ac teſtudinibus licet conſpicere, in quibus obuiæ ſenſibus huiuſmodi veſciculæ apparent. Hæc igitur ſtructura, cum inſeruntur liquores puta vinum aloe mulſum &c. vtpotè ſpongioſa ad inſtar lintei, vel ſpongiæ eos abſorbet; quòd idem omninò contingit, & in Thoracis ſanie, quæ per Tuſſim expellitur quamuis pleura rupta non ſit, nec excoriati pulmones.

De ſanguinis Eiaculatione in Pulmone.

Sanguinem pulſu cordis per arterioſam venam in gibbas, indèque per arteriam venoſam in concauam pulmonum partẽ immitti, ac circulari, & in ſiniſtrum cordis ſinum impelli, iam eſt in confeſſo, vt notat Bartholinus de corde. ***In diaſtole quauis recipi copiosè tam in venam arterioſam, quam in aortam oculorum teſtimonio docemur.*** Hinc vi, ac ferueſcentia ſanguinis circulationis ope in gibbam, & concauam, ac ſpongioſam pulmonum ſubſtantiam fuligines excitatæ in eandem aduolant, vbi ventilantur ab aere, ac exploduntur. Præcipuum huius ſubſtantiæ munus eſt conciliare ſanguinis motum, vt notat ***Truſton***, quo impedito vel à vitiata patientis ſtructura Thoracis, cordis, aut pulmonum, vel aſperæ arteriæ, aut à ſuccis in acidum tranſmutatis, & in pulmones demiſſis, certo certius armonia turbatur.

Quod ſi à vitriolicis ſuccis fiat læſio, & corroſio ſaſioma illud medicum verificatur, vt in Pthyſicis ſępe copia ſanguinis eijcitur, aut cartilaginoſa ſubſtantia, imò ipſa vaſa pulmonaria integra, vt continuò videmus in praxi, & Tulphius duo affert exempla in quibus inopinata

mor-

morte extincti fuere, quia vaſis maioribus corroſis, effuſoque ſanguine cor obruitur.

At ſi quandoque fuliginum congerie in pulmonum vaſculis, ſiuè globulis propè tracheam inſitis ſuccus quidam viſcoſus ſe inſerit cauitatibus illis glutinis inſtar adhereſcens, qui ſtructuram eorum euertendo non abſimilem prædictis generat morbum. Veſciculæ namque pulmonum concepto turgeſcentes ſucco liberè aerem attrahere, aut emittere nequeunt, quamobrem ſanguinis fuligines exaltatæ glutini admixtę quieſcunt, & fixantur, quæ vtpotè natura alkalicæ, ac vacuæ contentum in glutine accidum illicò ſugunt, & illo ſaturantur, quo in paſtam conuerſę in illis cauitatibus detentę nouo, e glandulis ſuperincidente acido (pulmones enim grauati illo pondere, e glandulis exprimunt acidum) ſi quid in eis fluuidum eſt extrahitur, adeoque materies illa obdureſcit in lapidem, vt patet ad ſenſum in lacte ſemicoagulato, cui acido ſuperinducto, veluti ſale extracto ſero, & fluidis, euadit in caſeum, qui ſi butyraceis ſpoliaretur particulis, vt videre eſt in fruſtulo caprini caſei exſiccato, lapideſcit.

Non rarò etenim contingit in eis, qui ſanguinem euomunt, è pulmonibus proceſſu temporis maxima precedenti tuſſi, ſanguiniſque copia calculos quatuor, aut quinque aſperos, & triangulares magnitudine ſiliquas imitantes expuiſſe; ſedato tandem dolore tabe confectos interijſſe. Similem caſum recenſet Alexander Tralianus lib. 5. cap.4. aſſerens ſe vidiſſe Virum, qui tuſſi ſicca vſque ad tabem macerabatur, eique cum dietam ex humectantibus, & leuitèr frigidis indixiſſet; tandem oborta tuſſi ex pulmone lapidem quidem durum exquiſitè tamen

men leuem eructaſſe, qui pauimento illiſus reſilijt vnde patiens tuſſi leuatus eſt. Gabriel Falopius in celeberrimo Patauino liceo Anatomicus Anno 1561. paritèr refert, diſſecto Cadauere cuiuſdam iuuenis, qui continua, dum viueret, tuſſi, laborabat in eius pulmone quatuor repertos fuiſſe lapides, quorum quilibet non faba minor, latus non nihil, aſper, cinereus, ac ſubdurus. Nec noſtris defuere temporibus ſimiles lapillorum morbi. Duo enim exempla in Miſcellaneis curioſis Academiæ naturæ curioſorum reperiuntut exarata. Primũ Anno 11. obſeruat. LV. Io. Schimidij, alterum Anno 11. obſer. CLXVII. Michaelis Bernardi Valentini, quales autem hi lapides fuerint in ſupra relata tabul a indicatur.

Quibus ſic expeditis libet adnectere, quod Alberto Fabri Bononienſi Viro in Medicina verſatiſſimo contigit me ipſo coadiuuante, ac teſte oculato. Adoleſcens quidam colericus vigeſimo ætatis Anno vix expleto dolere pectoris torqueri maximum in modum cępit incidente quaſi clauo in medio thoracis veluti infixo prò vt aiebat pertinacem, & immotum dolorem ibi continuum ſentiebat in dies magis, ac magis inualeſcentẽ, mox rauca voce effecta, & valida oborta tuſſi copioſa, è faucibus aqua limpidiſſima profluebat, hinc macie dietim ac ſenſim ſine ſenſu creſcente Profeſſores in vnum fuere coacti, vt inito conſilio ęgrotũ morbo leuarẽt. Poſt longam opinionum diſcuſionem in diuerſas, vt contingit ſetentias abeuntes ea tandem præualuit, quæ attenta ægroti temperie calida, & linioſa lac Aſininum præcæritis medicaminibus laudabat, reclamante in oppoſitum præcitato Alberto accerrimè propugnante prò contraria ſententia reprobando prædictum lac vtpote acceſcens, & butirosum,

A   Saxum in centro Alæ pulmonis.

B   Saxum remotum ab Ala latum vnciam vnam Romanam, coloris cinnamomi, ſaporis ſalſi, & ponderoſiſſimum.

Fig. 4. Lapides in Pulmonibus et Aspera arteria



C   Calculi in globulis prope Tracheam.

D   Calculus occupans quinque cauos.

d   Lapis remotus.

E E   Calculi occupantes vnum cauum; coloris cineris, ponderoſi, & intus ſpongioſi inſtar ſpumæ ferri.

F   Veſciculæ à Malpighio deſcriptæ.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

tyroſum, & aptum ad augendum morbum quem non aliter in fluidis per ſe, ſed per accidens vti ſuppoſuerant conſiſtere, ſed in ſucco concreſcente, ac lapideo aſſerebat, quod euentu compertum fuit, approbato namque à maiori parte lacte, dolore aucto, intrà menſem mortẽ oppetijt, & ſecto Cadauere à me inuentus fuit in gibba dextera pulmonum lapis marmoreus ſtriatus columbarum oui ſpeciem præſeferens, vt in figura videre licèt. Item propè aſperam arteriam in illis globis alter eiuſdem ſubſtantiæ, vt in figura 3.

Elapſo vix Anno ab obitu præfati adoleſcentis haud abſimilis morbus decem & octo annorum alterum eſt aggreſſus concurrentibus in eo omnibus circumſtantijs, & accidentibus ſuperiùs expoſitis; diuerſo tamen euentu; Albertus namque Faber curam ſuſcepit oppoſitam, & aceſcentibus cibis prohibitis amygdalarum dulcium oleo, lambitiuis, & mucilaginibus eorundem breui eum ſanitati reſtituit: Oborta enim tuſſi valida lapillum eructauit, indè paulatìm dolore mitigato, ac tandem ſedato perfectè conualuit.

TO-

Tofacei Lapidis in humano ventriculo reperti indago.

CAP. IX.

VEntriculus hominis, & ſi alijs corporis partibus inferior in concipiendis, tamen generandiſque lapidibus nulli ſecundus, reliqua etenim membra quamuis ad huiuſmodi naturæ abortus excipiendos apta ſint, ſinuſque habeant ad eoſdem fouendos, ventriculus eorum fomes, & origo, ſeu fodina exiſtit; is namque cibi, & potus ingluies ad nutriendum, & conſeruandum corpus vniuerſũ, quæque inducuntur excipit, & ſolida fluidis immixta, quaſi olla moderato membranarũ calore, & adiacentium viſcerum igne ſuggeſto concoquit, ſolida à fluidis valens ope fermenti partientis inſtar aquæ Regiæ ſecernere, vti oſtenſum eſt cum de fermento, & confirmatum reperire licet apud Bartholinum de Anatome ventriculi, his verbis *concoctio non perficitur ſolum calore moderato ventriculi, & partium adiacentium, verùm etiam ex vitriolo ſeu tartaro menſtruo, hoc eſt fermento.*

Adde inſuper ijſdem cibis ea ineſſe corpuſcula, quibus gluten naturæ conficitur, quod dein erroribus turbatur, de quo ſufficientèr actum in tractatu de glutine, quamuis Seuerinus oppoſitũ ſentiat, aſſerens obſeruatũ à ſe in ventriculo quorundam hominum inſitos, & diſperſos fellis riuulos ab errore naturæ, errori ſuo cauſam ſumens, vt ex eiuſdem dicendi modo colligere fas eſt cum

in quibuſdam ſe hoc reperiſſe aſſerat non in omnibus, eo quòd error particularis naturæ id præſtiterit, vndè & mordaces euomunt ſuccos, & tandem ſi eorum naturam legitimè perſpexeris biliosos, & colericos reperies, vt cum Gal. notat Veſalius, Fernelius, & Cęſarius, quibus adde Bartholinum in ſuo de Anatome tractatu ventriculi cap. 9. his verbis. *Vſus eſt cibum potum recipere, lapillos continere, & generare, quod adnotat Gentilis, & Zacutus*. Idem confirmat Salmut inquiens. *Quoque de infante, & concepto, & fermento perque os deindè excluſo, cuius hiſtoriam deſcripſit, nos verò ſimilia alibi obſeruauimus, quòd ſit ob cauitatem eius inſignem, & amplam*; ex quo colligitur cur Hipp. ſec. 7. ad Aph. 54. ſcripſerit. *Quibus intèr ſeptum tranſuerſum, & ventriculum pituita concluditur, & dolorem exhibet in alterum ventrem viam non habens, ijs per uenas in veſcicam pituita verſa morbi fit ſolutio. Vid. Galen. in comento contra Marinum*. Nec non diſcurſum eruditum de ventriculo typis incuſſum populari ſermone, Parere di Paulo Manfredi per la verità circa l'infermità, e morte dell'Illuſtriſſima Sig. Olimpia Ginetti, Romanum Lectorem publicum, ac Collegiatum.

Rurſus placet mihi hìc attexere illud, quod infert Bartholinus de ventriculo male affecto. *Concoctio non perficitur ſolũ calore moderato ventriculi, & partium adiacentium, verum etiam, ex vitrioli, hoc eſt ex Acido fermenti*, & illud aliud *Pylorus inferioribus imperat omnibus, digeſtionum moderator, ex cuius indignatione paralisis, & vertigo, deducitur*. Salmut *ex eius eroſione, & ſyro mortem inductam vidit, quæ mala dependent ex vitiata concoctione, vel impedita digeſtione*.

Vliſses præterea Aldrouandus in Muſęo metallico lib. 4. fol. 781. hæc habet: Geſnerus monimentis mandauit Calculos rotundos, duros & colore albos à perito quodam anatomico in humano ſtomaco fuiſſe obſeruatos. Huic conſonat Senertus cap. 16. de Vulneribus his verbis. Lapides in ventriculo geniti equidem grauiſſimos dolores in ventriculo excitant, ſed vix ſigna clara, quibus ab alijs perferre cognoſcantur habent, niſi diuturnitatem doloris, nam nonnumquam vomitu reiciuntur, quòd niſi fiat diuturnis tandē cruciatibus hominem iugulant, & mox ſubdit pituitoſum quid concretum, imò pilos, & in ventriculo generari, non impoſſibile eſt; ſolet enim natura numquam otioſa eſſe, ſed ſemper laborare, vt in ſubiecta materia aliquam, formam etiam inducat. Si verò pannus cultri fermenta, aliaque artificialia vomitu reiciantur cum nulla vi naturali in ventriculo generari poſſint, meritò ad Demonis ludibria, & præſtigia talia referuntur.

Ad rem noſtram, & ſcopum collimare videtur caſus, quem perſpectum habui, hinc præmiſſis ſub nectere non ab re arbitror. Contingit hic quinquagenarios Æs, & ſimilia, liquante, ac fundente, cui melancolicæ carnes aduſtæ, & colore ſubuirides erant, ſtomachi continuò, ac capitis angebatur dolore, ac inapetentia, febrique continua eò maciei de venit, vt pellis oſſibus adhæſerit, maſſam inſuper in globum congeſtam palpabilem habebat in ventriculo, adeò grandem, & ſenſibilem, vt etiam extrinſecus capi, attrectarique poſſet. Inito itaquè à profeſſoribus conſilio opiniones in diuerſum adhibebant, non nulli quippè laudabant calibem, alij lac arridebant, cæteri rh abarbarum, ac deoſtruentia præferebant medi-

camina

camina. Inſurexit tandem interomnes prouectus in medicina Excellentiſsimus D. Petrus Iacobus Florenus reijciens allata remedia, vtpotè inepta morbo, quem ortum aiebant ex tumore cauſato in ſtomacho, ex mala fermentatione, adeòque ſolis antimonialibus vtendum; morbus enim repellendus eſt, cauſam remouendo, quæ cum in Patiente manifeſta eſſet, antimonium, quod infundendo Ære adhibuerat, & attraxerat eleuatum in fumum, ac attenuatum in aere, quem reſpirabat ſpecificum antimonij erat illi ſumendum; arriſit cunctis conſilium; aſt dùm per paucos dies dilatum eſt pręmaturè obijt. Recognoſcendum Cadàuer mihi traditum excepi, & in fundo propè pylorum ventriculi quaſi latèrem perdurum, & excoctum reperi magna tum mei tum aliorum admiratione compactum à natura.

Vlterius vidi Atrophiam vniuerſalē in quadragenario virò cum deiecta appetentia, ſanari ſolo tartaro crudo, quē ſumpſit ſingulo mane, reliqua Acida odio habere inopinatè lapidem euomere, argumentum, ex alkali lapidifico proueniſſe.

De Lapide in hepate.

C A P. X.

NVlli magis in arte medica debemus, quàm modernis anatomicis, vtpotè qui omne velamen obſcuritatis ſuſtulerunt pluribus malis detegendo viſcerum genuinos vſus toto cęlo diſtantes à ſuppoſititijs antiquorum figmentis Malpighio, Fracaſſato, Bartholino, & alijs egregijs viris, qui circulationem ſãguinis, medijs ligaminibus, alijſque demonſtrationibus ſenſui patentibus oſtẽderunt, ſimulque probarunt ad euidentiam, Iecur non ſanguificare, vt Antiquorum error detulerat, ſed eſſe quoddam ſecerniculum, quo omnes venæ exundant, ad excolandum ſanguinem, veluti filtrum, non verò vt fontem ad illum efformandum. Hinc eſt quòd ſæpe ſępius in Iecore lapidum excretio contingat, plus quam in cæteris viſceribus, eo quod ſanguinem depurandum excipiat, feces, & craſſiora in ſe retineat ad inſtar cribri, ex quibus facilè lapillos concreſcere contingit. Obſeruantur inſuper ferè quotidie in animalium hepate ſaxeæ cruſtulæ arenoſæ, quod in edendo iecore multoties experimur triturantibus nobis arenulas, ſtridenti etiã cultro dum ſcinditur in fruſtula, nec alteri cauſę tribuendum videtur, quàm ſanguinis fecibus, ad eum modum, quo accidit in Sapa diutius, quam par eſt aſſeruata; tunc enim aſſidentibus in fundo craſſioribus particulis, quaſi arenulę fixantur, quod pariter, & in ſaccaro, ac melle apparet. Poteſt itaque ſanguis in cauitates, & ſinulos Iecoris profluens, natura viſcoſus, ac glutinoſus ebulire, & ex eo

ſal acidus emergere, qui in depurato liquore partes alkalicas reperiens inuaginatur, & ſolidi corporis, aut arenæ naturam induit, grauiſque effectus deſilit, paulatìm ſuccedentibus de nouo partibus, & glutine conſtipatur, & lateris inſtar concreſcit, ac ſuperueniente ſulphure accenditur, & induratur, inſeruientibus nattis veluti ollulis ad ebulitionem, & ſegregationem materiæ aptiſſimis.

Formari non ſolùm calculos verùm etiam lapides ſcriptum reliquit *Kentmanus*; Anno 1547. Pariſijs tres lapides indagatos fuiſſe in hepate Hyeronimi ſcribæ Iuuenis Norſici, vnum præcipuè qui magnitudinē oui columbæ dimidiati æquabat, ex ſucco melancolico conglutinatum diiudicauit, ita verò carni adherebant, vt vix euelli poterant; horum lapidum formam ipſe Kentmanus deſignauit, quam hic in gratiam iuuentutis ſtudioſæ exhibeo.

Notatione dignum eſt, quod in correptis Hydropè, vel Tabe conſumptis in ſuis cadaueribus, vt plurimum, inſpectę fuere, in hepate vel Arenulę, vel cruſtæ, vel efformati calculi, vel lapides. Vnde non inconſultè in Aph. Hipp. dicitur *qui multum à calore Hepatis æſtuantur; hi vel in hydropem, vel in tabem deſinunt.*

Vidi per plures menſes decumbentem fęminam cum proſtrato appetitu, ibiq; nauſea, quæ inter infinita acida ſuccum aurantiorum deſiderabat, ſed quia illi à curante, & aſſiſtentibus denegatus fuit, præ timore ab eo abſtinuit; tandē licentiam adepta, quotidie diuerſa comedens per feces emiſſit cruſtas lapideas, & paucis diebus ſana euaſit, hæcque antecedentèr fluctuoſis rugitibus in ventre torquebatur. Horum exēmpla in praxi plurima occurunt.

DE

De Lapide in Ciſtula Fellis.

C A P. XI.

DVm fellem Hepati adnexit natura, poſt Hepatem de felle iure meritò differendum eſt.

Notum quidem habemus, quòd bilis recipitur in folliculo fellis, & in canali bilario, vnus reſidet in dextera, altera in ſiniſtra hepatis parte pro recipienda tenui, & craſſa bile, quòd agnouit Gal. dum dixit in hepate duplex repurgatur excrementum bilioſum.

Veſicula prò tenuiori, canalis prò craſſiori, & feculenta bile.

Notumque, quòd Viſicula bilaria figuram pyri tenet, & duplici mēbrana donata eſt, vna quę hepati alligatur, altera peritoneo, quæ eadem eſt, qua iecur tegitur, & qua pars tantum extra jecur propendens veſtitur, altera propria, & craſſiore, ſed valida coſtante omni fibrarum genere, quam ſuccingit cruſta quędam excremento tertiæ ſuæ coctionis genita ad arcendam bilis acrimoniam.

Fel ſi per diſtillationem examinetur fit ſal lixiuiale, atque præbet tincturam ſulphuream inſtar rubini. Hincque felle corrupto icteritiā, & hydropes in promptu eſſe ſolent *Notat Zerbeus*, quòd amota fellis veſicula ab hepate, ſtatim hepatis ſubſtantia in circuitu fellis diſſoluitur, & liqueſcit. Addo fluxiles reddere feces; Hæcque eſt ratio quare Pictores ſuis coloribus miſcendis ea vtuntur, non alia ratione, niſi vt magis colores extendantur.

Quòd in eius ciſtula etiam producantur lapides anatomicæ nobis ſectiones demonſtrant, nam in ipſa ci-

ſtula lapides magnitudine lentis piſi, auellanæq; reperti fuere partim rotundi, partim anguloſi, pentagoni, heptagoni, aut octagoni, nec non plurimorum etiam angulorum: quo enim plures ſimul reperiuntur, eo magis fiunt anguloſi, & vt plurimum tophi naturæ ſunt coloris ad flauedinem accedentis, qui augendo paulatìm in croceũ mutantur, modicè ſolidi, & fracti intus flaui coloris apparent, pleni anguſtis circulis ſe inuicem ambientibus, ità vt videre ſit, cuius ſaltem obitèr animaduertenti, quomodo lenta, aut viſcoſa bilis à centro ad ſuperficiem vſque ſenſim ſibi inuicem adhæreſcens creuerit, & ex feruore in eam ſoliditatem conuerſa fuerit.

Kentmanus in ſuo de lapidibus libello hæc verba habet *virum* Clariſſimum Baldehonicum quæri ſenſim de ſtomacho, & hypocondrij dextri tenſionibus, nec non cibi faſtidio, & alui duritie laborare cepiſſe, quę ſymptomata ſomno ipſo priuabant, vndè, & membrorum corporis laſſitudinem, mœrorem, & melancholicas affectiones ipſum conſequi neceſſe fuit, quibus malis cum miſer infeſtaretur dolore, & męſtitia leuitèr emarceſcebat. Multifaria remedia plurimorum Doctorum conſilio adhibuit, verum fruſtrà, quòd ægritudinis rationem rectè nemo ſcrutari potuit. Tandem cum factus eſſet ætatis 29. annorum magnitudine dolorum victus, ex hac vita deceſſit. Corpus defuncti permiſſu fratris ſectũ, membris intus omnibus ſaluis repertis, atque integris, Corde ſaltem modicè tabido. Cum verò fellis veſica aperta fuit, interius calculi viginti duo, quaſi ſublutei, diſpares magnitudine reperti fuere, quorum minimus piſi grano, maximus verò communi fabæ reſponderunt, omneſque quinque, ſeptem, octo, aut plurium angulorum erant.

For-

Forma ſimiles; ſed numero plures; e fellis veſcica Chriſtiani Regis Daniæ defuncti Anno ſalutis 1559. calculos erutos fuiſſe narrat Auctor præcitatus, ſed raræ magnitudinis lapis in eadem ciſtula memorandi Principis Federici Tertij (cuius paulò poſt, vbi de veſcicæ, quæ vrinæ receptaculum eſt, lapillo egero, mentio fiet) inuentus fuit quadrangularis formæ, ſed colore alijs diſſimilis, quaſi ad praſinum accedens.

Gabriel Faloppius in Academia Patauina celebris anatomicus narrat, e felle cuiuſdam viri centum, & viginti tres ablatos fuiſſe lapillos, quorum maior erat inſtar ſemioui Gallinacei, potius latus, quam rotundus, multiſque tuberculis aſper, nec non veluti tophus leuis, reliqui verò minores fabibus pares erant.

Extat in lib. IV. Muſęi metallici Vliſſis Aldrouandi diſcurſus de lapidibus, & præcipuè exiſtentibus in veſcica fellis, vt videre in eo eſt.

Ego quidem Bononiæ de Anno 1671. in diſſecatione Cadaueris D. Piodæ adinueni in veſcicula fellis vnum lapidem leuiſſimum rugoſum, in extremitatibus diaphanum, intus ſpongioſum, cuius figuram hìc pono.

Figª. 6.ª Lapides in Vesica Fellis



DE

De Lapide in Vtero naturæ Thophacę.

CAP. XII.

CVm frequentèr in fęminis in vſu habeantur in vtero productiones,ſiue generationes Molarum; non minus admiratione erit produci poſſe in vtero lapides, cum quoq;concreſcere habeamus in mammis, prout exponit Daniel Senertus, & vt retulit Lentius de occult. Nat. Mirac Cap. 12. Equidem in dubium reuocat Mercurialis de morbis mulierum lib. 4.11. putatque ſi quid tale in vtero reperiatur,eſſe ſanguinem grumoſum, qui formam lapidis referat,aliàs materiam alienam, e qua lapis produci poſſit,non tam diù in eo hęrere poſſe, cùm etiam ſemen effluat. Verum negandum non eſt lapides in ipſo vtero gigni,nā eius membrana interna aſperitate, ac rugoſitate prędita eſt,ne ſemen attractu effluat,quemadmodum fit in nonnullis ſterilibus, quæ hanc partem ob prauos humores lubricam habent, ideo facile eſt, quod ſedimentoſa materia ibi detruſa coaceruetur.

Rurſus cū id multi fide digni Doctores referant, quorum teſtimonia iam proferam, hoc tamen monendum, cauendum eſſe ne lapides, qui ex veſcica in fœminis interdū excernuntur ex vtero excreti putentur; cùm enim meatus vrinarius in fœminis ſit breuis, interdum calculi per eum ſatis magni excernuntur, vidique hìc calculum ouum columbinum magnitudine excedentem, quem ante aliquot annos quędam e veſcica etiam cum maxima difficultate eiecit lapidem aſperum magnitudine verticelli fuſi.

Famulam Dyperidis in Lariſia ex vtero eieciſſe Hippoc. 5. epidem refert. Calculos, tophaceos aliquando in vtero generari tradit, & modum quo extrahi poſſint docet Aetius ſec. 4. ſer. 4. Cap. 98. Io. Anglius Cap. de ſterelitate narrat, ſe vidiſſe aliquando lapidem quantitate oui, quem mulier ex vtero eiecit. Valleſius in comm. ad allegatum locum Hipp. ſe quidem non obſeruaſſe ſcribit lapides ex vtero excretos fuiſſe; ab alijs tamen ſibi narratum eſſe duabus mulieribus id accidiſſe. Petrus Sal. refert ad Cap. 117. Placet Altimari monialem quandam poſt cruciatus, cui nullo medicamento leniri potuerunt, tandem eieciſſe per pudendum lapidem ſcabroſum, magnitudine, & forma oui anatini, quo eiecto ceſſarunt quidem dolores, ſuperuenienre tamen ex vtero fluxione putrida, tabe conſumpta vita functa eſt, talia & alijs medijs obſeruarunt.

Rurſus Lapides in Vmbilico adinuentos Daniel Sennertus lib. 1 r 1. pag. 10. Cap. 8. habet, teſtaturque id Auctor deffinitionum Medicarum, & hunc affectum apellari ſcripſcit, vt & Marcellus Donatus de Hiſt. med. Mirab. lib. 4, cap. 30.

In ſcroto vtiq; lapides indagatos fuiſſe Iacobus Moccius refert, citante Schenkio lib. 4. obſ. Monſpelij quendā ſcrotum pretumidum habuiſſe, tandemque ex putredine ruptum, apertumque fuiſſe, lapidemque inde in quinque partes diſtractum excidiſſe: Qui lapis proculdubio in ſcroto primariò degeneratus fuit. Aliquando verò in eo ex veſcice ſectione, & Calculi ex ea extractione minus ſecti inſtituta generantur, cuius exemplum ex obſer. D. Ioachini Camerarij, ibidem recenſet Schenkius. Cum enim Iuueni cuidā lapis ex viſcicæ ſectione extractus eſ-

ſet,

ſet, & lithotomus minus pēritus tantūm reſpexiſſet ad externūm vulnus, neglecto altero ad collum veſcicæ, id in fiſtulam de generauit. Ex ſordibus ergo, & ſabuloſa materia circa collum veſcicæ, & in ipſo ſcroto collecta, tandem lapilli plurimi concreuerunt, ſcrotum intumuit, vt prò hernioſo illum haberent.


De Calculis in Vulneribus Veſcicæ.

C A P. XIII.

Fig.a 19.a Lapis in Vulneribus

A: Foramen Vulneris

B Lapis, a' Foramine remotus



A.

Calculus pueri annorum tredecim.

B.

Pars latior intra veſcicam in dies augeſcens.

C.

Pars in vulnere cæſo.

A A A.

Subſtantia cutis, & caro vſtulata à puluere ambiente materiam calculoſam obſeruatur.

B.

Materia in calculum durata.

C.

Meatus, quem vrina perfluxit.

Quàm ſit natura ad gignendos lapides prona; ex hactenus dictis argui valet; at vt vberius hæc aſſertio noſtra pateat coronidis loco, etiàm in vulneribus veſcicæ ipſa natura lapides efformaſſe comperitur. Hoc Kentmanus ſuis obſeruationibus teſtatur vidiſſe; nempè puerum quendam Lythiaſi affectum annorum 13. ab ignaro Lythotomo cæſum fuiſſe, cui poſtea incuria, atque negligẽtia artificis meatus in veſcicę inciſura remanſit, qua vna ſine intermiſſione ſtillauit deſerto canali, quem natura deſtinauit. Hoc cùm ad longum tempus duraret circa eum meatũ, glutinoſus quidam congeſſit ſuccus, qui paulatìm in cinerei lapidis duritiem denſatus fuit, nouaſque, imò maiores veſcicæ diſtenſiones, & cruciatus acerbiores, ratione obſtructi foraminis, quà vrina antè percolabatur ſentiebat, quàm ex priore Calculo perceperat. Nec remoueri nouum hoc malum aliter potuit, quam noua veſcicæ inciſione, quod cum factum eſſet per peritũ quemdã, & exercitatum profeſſorem, & lapis denuò exemptus eſſet, plaga rectè conualuit, Puer ipſę alacer, & ad quæuis expeditus nulla amplius moleſtia, nulla difficultate premebatur, aut infeſtabatur.

Adducit alium ferè ſimilem caſum Dominus Berlingerius Gipſius, ſe curam ſuſcepiſſe cuiuſdam ruſtici, qui ex poſt euulſo calculo liberè ſanatus remanſit.

In miſcell. curioſorum, Germaniæ de anno 1680. fol. 430. Obſ. CLXXXV. D. Gottofredi Schultzij exta t.

De

De Calculis in Steatomate cruris condenſatis.

C A P. XIV.

NVllam corporis partem natura omnium mater intactam reliquit, quin in ea aliquid portenti generet. Huc vſque varijs in corporis partibus generari lapides oſtendimus; hocque noſtrum aſſumptum continuamus, etiam in crure adnatos fuiſſe comperimus, de quo celeberimus meus concius eiuſdem naturæ indagator Vliſſes Aldrouandus caſum adducit, de quodam milite nomine, Ioachimus Kobel Præfecturę Schecuenuenſis Præſes, cui in ſiniſtro crure ſteotema enatum, vltra annum durauit, Gallinacei oui magnitudine, quòd cum ei nihil impedimenti inter ambulandum afferret, nec doleret etiam, incidi noluit, ſed ita reliquit, ſed cum aliquando in equeſtri certamine ex incuria id grauitèr offendiſſet, vt immodicè intumeſceret, & inflãmaretur, dolores acciderunt acerbiſſimi, donec tandẽ concepta ſanie, tumor apertus fuit, in quo lapis auelanæ magnitudine apparuit anguloſus, rotundus tamen, & ſpadiceus, quo exempto, vna cum pellicula, qua contiñebatur, ſuccus, ſanieſque, tumor ſubſedit, & vulnus perfectè concreuit.

Fig.a 10.a Lapis in Steotemate Cruris




De

peperiſſet, & hæ res difficultèr extrahi potuiſſet. Fractus per medium palido colore inuentus fuit, & mollior tactu, quam foris, plenus circulorum, è quibus videndum eſt, vt in dies ex adhæreſcente materia concreuerit. Hoc modo diſſectus oſtendit, non penetrans, ſed rimę ſpeciem habens, & vt formam mirabilis huius lapidis melius aſpicere queas, eum in annexa tabula repræſento. Vir ille hoc liberato pondere nullis amplius colicis torminibus cruciatus fuit, & cum breuitati ſtudere cupio, ideò curioſum lectorem remitto ad miſcelaneam curioſ. Accademiæ germaniæ decuriam 9. obſ. vbi Lucas Scroeckij celebris phyſicus non abſimilem refert caſum mulieris annorum 65. quæ per aluum excreuit lapidem, cuius etiam oſtendit iconem, ac huius occaſione alios ſimiles per antea caſus accidiſſe narrat.

Daniel Sener. lib. 3. p. 2. ſec. 1. c. 5. *Aliĳq; tamen viderũt, vt Rhaſis lib. 10. continent. cap. 2. teſtatur gentilis in comment. ad cap. Auicen. lib. 4. ſec. 1. tract. de feb. text. Et Matthews de Gradibus vidit à fœmina quadam colica laborante, lenientibus ſupra, & infra immiſſis inſignes tres lapides duriſſimos excrectos, quorum quilibet fuit quantitatis oui gallinæ, vt teſtatur in comm. ad 9. Rhaſis Cap. de Colica, & Antonius Guainerius.*

Fig.a 17. Lapides in Inteſtinis



De

Quid ſit Vrina; & quomodo ſegregetur.

Notiſſimum eſt, vrinam nil aliud eſſe, quàm ſerum repurgatum à ſanguine mediantibus arterijs emulgentibus, per quæ vaſa ſanguis egrediens ſemper fertur per ramos emulgentium, donec tandem in totam renum carnem recta ſuccorum ſeroſitas effundatur. Portio autèm ſanguinea purior, partim remanet pro alimento renum; altera pars verò per emulgentes venulas patulas in cauam venam ad Cor redit. Seroſi, & aquei ſucci percolantur per carunculas papillares per foratus in ramos vreterum, qui tandem in vnum amplum ſinum omnes coeunt, in quem effunditur ſerum, vocatum Peluim, & defertur per vreteres ad veſcicam, tuncque hæc ſeroſitas vrina nuncupatur.

Quare flaueſcit Vrina, & ad quid Adeps circa renes inſeruiat.

Ratio autèm, quare vrina flaueſcit, eſt, quia portio bilis flauæ à folliculo fellis non repurgatæ cum ſero permeare debet, vt vreteres mundétur à bile (quòd idẽ euenit de inteſtinis) hacq; ratione colorata per accidens euadit, nec talis rubedo in vrinis eſt de eſſentia, prò vt notat *Auicenas* lib. 3. his verbis *non eſt, vt decipiatur aliquis per id, quod forte ſit de ſiti, & de rubedine aquæ, vt exiſtimet, quod ægrotatio ſit calida, namque id commune eſt omnibus*; rationem deſumimus à ſalibus procedere. Vide *Sinibaldum* in ſuo Apollo Bifronte Cap. de Hyd.

Ideò adeps renibus datus eſt, vt vrinæ acrimoniam contemperet, & ne attritu lumborum renes doleant, vt ſentijt *Malpighius*, quòd portio quædam adipis commiſſceri debet cum ſanguine redeunte per venam cauam, ne renes, corpuſque totum contabeſcat; Hæcque eſt ratio

qua-

quare in correptis doloribus nephriticis, vt plurimum in vrinis ijſdem ſupernatet oleoſa materia, nam dolore exprimitur adipis ſuccus.

De Renum ſtructura, & quomodo fluant.

Renum ſubſtantia, nil aliud eſt, quam canaliculorum, ſiue capillarium meatuum congeries, per quos vrina in Peluim effluit. Poſt Peluim fibroſa renis caro ſubiacet, non in plures mammillas diſtincta, ſed in ordinatos tortuoſos, implicitoſque ductus Peluim vndequaque ſepientes; hæc filamenta, ſeu meatus, & canaliculi per quos ſerum ſalſum ſtillat in Peluim, ſi ſpectentur, dum comprimuntur ab altero extremo, vrinam prodire videmus, quaſi ex tot ſyphunculis, & ſi coloratus liquor, tam venæ, quam arteriæ emulgentis inijciatur, vbique intumeſcentia, & ſurculi conſpiciuntur.

Quare Renes binos ventres habeant, & quomodo ſurculi per renes diſſeminentur, & per Caruncula perforatas Vrina excoletur.

Binos ventres habent renes in exteriori, & ima parte *Porta* dicti, nam vaſa ibi emulgentia feruntur, & primũ ingrediuntur bipartita, deinde quadripartita diſſeminantur in totam renum ſubſtantiam; donec tandem in tenuiſſima capillamenta abſumantur, inſtar barbarum radicum arborum; quæ verò capillamenta, quatenus procedunt à ſinu vreteris amplo, hoc eſt membranoſo, idcirco in medio vana ſunt, inſtar infundibulorum, quibus foraminibus annexæ extant carunculæ nonnullæ, quæ ad inſtar glandularum ſunt, figuram piſi habentium, ſuperius conuexæ, & inferius concauæ, & perforatæ, vt vix capillum admittant. Hæc foraminula, ſeu canaliculi, ſi ſecundum longitudinem ſecentur, ca-

ratio-

ratione etiam, carunculæ ſecantur; ideò tenues eſſe debent, ne ſanguis pro nutritione renum requiſitus, vna cum ſero, & bile in vreteres effluat. Per canaliculos iſtos lotium in meatu vrinę ſcilicet per ramos percolari nemo inficiabitur.

De vſu Emulgentium.

Officium vaſorum emulgentium attrahere eſt, vnde inſeruntur valuulæ, quæ prohibent regreſſum ſeri in cauum; præſtantque aliud officium, vt docet experientia, nam latiori in parte caua acuminata, & figura lunari renes ſpectant, à quibus aperiuntur, vt facile aliquid à renibus per emulgentes ad venam cauā remeare poſſit in ſoleni cirtuitu; Flatus enim, aut aqua immiſſa per emulgentes, certè fluit; per tubulos autèm minimè effluit: Emulgenti ſiniſtro, quidam ſurculus venæ inſeritur, à quo conſenſus Thoracis cum Renibus creditur, & arterias non leuitèr promouet; quatenus latiora vaſa proxima renibus exiſtūt breuis videtur via, hęcque eſt ratio, quare potatores citiſſimè, & copioſiſſimè mingant, & in diabete legitima potus talis breuiùs reddatur, quam fuit aſsūptus. Vlterius in aliquibus ſicut lac, aut Chylus, vna cum Vrina redditur: Tandem exhibita lithontiptica, ſiue calculos frangentia nephriticis laborantibus, ſtatim ſubindè ipſos ſubleuant.

Quare tam de facili in Nephriticis doloribus vomitus inſurgat.

Notum eſt, vtrumque Renem, vnum habere neruum exilem à ſtomaco ſexti paris ramo orto in propriam membranam diſtributum, hæcque eſt ratio ventriculi conſenſus, & renum, nam tacto, ac puncto à mordaci ſucco vellicatur neruus, & conſequenter ventricu-

li fundi inuerſio ; & vomitus ſubſequitur : Sed quia aliquæ propagines arteriarum circà principia meſenterij prodeunt, quarum pars cum arterijs emulgentibus cauum renum ſubijt, & per ipſam ſubſtantiam expanditur, vndè ſi calculus in anguſtum vreterem, & valdè ſenſibilem ingrediatur inter plexum hepaticum, & renalem amplum protenditur, inducit in Nephriticis dolores grauatiuos, & vehementiores, & maiorē conſenſum ventriculi, nam in tali vomitione vaſa collidocha irritata inaniuntur, hæcque eſt cauſa, namq; afflictæ glandulæ, tamquam torculatæ, ac expreſſæ eliciunt oleum, quod intuemur, vt plurimum in vrinis nephriticis doloribus correptorum; ſuper natare ſiue oleum ſiue ſit ſuccus adipis. Quòd idem contingere ſolet in conſimilibus.

De Veſicæ ſtructura, & primo de loco reſſidentiæ.

Silendum minimè eſt aliquid de veſcica diſcutere in gratiam lapidifici ſucci demonſtrationis. Iam notiſſimum eſt, veſcicam in hypogaſtico ſitam eſſe, inter geminas peritonei tunicas in cauitate, quæ fit ab oſſe ſacro coxarum, & pubis, ac in illo detinetur, tamquam in proprio ventre, & abdomine ſeparato; in viris ſupra rectum inteſtinum, in fœminis inter collum vteri, & os pubis.

Cuius ſubſtantiæ ſit Veſcica.

Veſcicæ ſubſtantia, partim eſt membranoſa ad robur, extenſionem, & corrugationem, partìm carnoſa ad motum, proindè duas habet membranas, vnumque muſculum circumuoluentem totam veſcicam.

Prima membrana extima eſt, communis peritoneo valida, & denſa, altera intima, & propria eſt, tenuis exquiſitè ſentiens omni fibrarum genere intertexta, vt

mul-

multum queat diſtendi, & contrahi; vbi rugæ quam plurimæ in calculoſis, & veluti cuniculi exculpti cernuntur calculos ſeruantes, & dilatationis diſſuetudine contracti: hinc obducitur cruſta, vel quaſi tunica rugoſa ex excrementis tertiæ concoctionis, ne intima tunica ex vrinæ acrimonia lædatur.

Vſus eſt vrinam continere inſtar matulæ corporis; item calculos, & arenulas interdum, & alia, vt pilos, vermes &c.

Veſcica incocta acidis in mucilaginem abit, in ſanis incraſſatur, patiturque ſe in phyliras ſecari, commodius in oleoſis, vt & liquore ſalis alkaliũ, vt tartari herbarumque incineratarum, non incraſſatur, non abit in mucilaginem, ſed quaſi prunis candentibus impoſita aduritur, & patitur ſe quaſi in puluerem teri, ex quibus apparet quanto veſcicæ periculo ad lapidem frangendum, vel acida vel ſalia, vel oleoſa ſi inijciantur.

Quomodo Formetur Lapis.

Demonſtro in ſequenti Epiſtola reſponſiua Illuſtriſſimo, ac Excellentiſſimo DD. Maffeo Bontio Auditori Generali Ortonæ à Mare Sereniſſimi Parmę Ducis, in quęſitum, quomodo in humano corpore in veſcica vrinaria lapis inſurgat.

Tam arduam ſuſcipere Prouinciã non auſerim Illuſtriſſime Domine, ni nutus tui, quos præcepta duxi, me compellerent; pro modulo itaque meo inceptum aggrediar perſpicaci tuo iudicio, & ſapientum trutinæ meum ſenſum ſubijciens. Caruncuiæ renibus inſitę ſunt ſuis foraminulis, ne dum lotium, & viſcoſum ſuccum exonerant, ſed quidquid in ventre huius fluidi viſcoſi ineſt percolant, quarè euenit, quòd ſi præcitatus ſuccus

ſuſti-

ſuſtineat in vẽtre Alkalia ex ſulphure,& luce, neceſſe erit, vt talis, quòd illud corpus augeatur per intus ſuſſceptionem, eritque lapis marmoreus. Sin autem ſuccus deferat in ventre oleaginoſas, ſiuè ſaponaceas, vel muccoſas partes, erit lapis per additionẽ noui ſucci eiuſdem rationis. Si plus terrei in ventre cõtinebit, erit lapis Tuphaceus, auctus, vt ſupra ſi de glutine conſtet, inſtar paſtæ, proculdubiò à foraminulis caruncularũ nuper memoratis figuram comprehendet, vt in laborantibus lapide cruſtaceo, ſiue ſub forma cepæ, in vrinis patet ad ſenſum, & non ſecus ac torculari expreſſa paſta vermiculos imitabitur, ex quibus efformari lapideas cruſtas in veſcica, vna cum amurca vrinæ more tunicarum cepæ, ac cinaræ frondium autumo, & ſicuti in his filamenta quædam, ſeu neruuli in radice arcti, inde in ſcapo plantæ intexti continuant frondes, & expandunt, ità non abſimili modo docemus naturam in conſtructione lapidis cruſtacei procedere; congerie namque filorum implicatorum in veſcica vrinæ, amurcaque à lunationum motibus agitata, dicti texuntur cortices in ſimilitudinem tunicarum cepæ, qui deindè vi caloris, ſeu accidi fluido ſpoliati in petroſum coeunt corpus; Sin autèm contigerit ſupra dictum ſuccum, ſiue percolatum ab hepate, ſiue in interſtitijs ad ingreſſum renum vaſorum anguſtia detentum plus nimio aduri, cineſieri neceſſe erit, hinc Alkali conſurget, ex quo accido inſtante ex ſilicibus pulUerizatis, vna cũ feruẽti igne fiet liquidũ, vt habet Tac. lib. Hipp. Chim. nempe ex aridis arenulis, & pul. ſilicis in cruciculo vrgente igne vitrum naſci. Recepta itàque hæc paſta vitrea in cauis renum, & percolata per foraminula caruncularum, cum

rectà

recta fluere nequeat in ſubiectam peluim; vrinæ guttatim cadet in globulos efformata, eodem prorſus opificio, quo ex liquato plumbo venationi inſeruientes globuli in ſuppoſitam incidunt aquam, hac ſolum differentia, quòd compreſſione quadam aerem illi concipiunt, vndè ampullarum more vacui ſunt intus, & vſtorio ſpeculo expoſiti vi caloris concrepant, & ſaltillant diſrupti in fruſtula eundem ſortiti exitum, qui phialis contingit vitreis, ſi igni applicentur, queis ſimiles exhibet microſcopium, dictas arenulas intus concauas, & leuigatas, extrinſecus verò diuerſis prominentijs aſperas, ex quibus ad inuicem colligatæ in veſcica, interueniente amurca velut glutine, & ſpatiola implente coaleſcunt in lapidem, qui propterea ſtatìm ac extractus eſt non adeò durus exiſtit, ſed proceſſu temporis, vtpotè magis exſiccatus, obdureſcit.

Ex dictis nunc concludere lìcet, ne longius euager, quòd ſi alkalia ſunt in natura, fixum nimirum Alkali ſaturatum accido, erit petra; ſi verò fuſius ignem patiatur tranſibit in vitrum. Docetque hoc Tac. dum diſſoluit lapidem, & redificat eundem. Hinc diſcitur calculum, & lapidem, nec in veſcica, neque in renibus congelari, niſi ab Alkali lotij, vel vrinæ, & acido impertinentèr, aut per errorem è ſtomaco delabente, ac ibidem degenerato; Alkali itàque, & acidum ad inuicem immixta ſupradictas arenulas, vel filamenta conſtipando, in maſſam coire adigunt, & quidquid capax coaguli, ac eorum naturæ, haud abſimile inuenerint, apprehendunt; hinc quotidie obſeruamus in praxi calculos in omnibus corporis cauitatibus concreſcere, vbicumque acidum per errorem cum Alkali concurrit, vt vidimus

in

in Pulmonibus, in Iecore, in inteſtino Colo &c.


Quod confirmatum reperio in ſolertiſſimis obſeruationibus Excell. D. Antonij à Magiſtris ex oppido vrecarum veterum, prò vt in Diario Parmæ Eruditorum de Anno 1692. fol. 278. his verbis. *Secato Cadauere cuiuſdam Ruſtici in illius veſcica corpuſcula quædam rotunda, ad quantitatem coclearis minutiſſima inueni. Hæc corpuſcula non inconcinnè Margaritas microcoſmicas æquabant, in eorum cauitate vacua, vnde ad ſpeculum vſtorium expoſita crepitum, & ſubſaltum exhibebant, ſubſtantiam cruſtaceam demonſtrabant, intus optimè leuigatam, & lucidam ad inſtar auricalchi &c.* & hæc quæ de meo penu promere potui humilitèr tuis mandatis obtemperans mitto. Vale.

Datum Romæ die 16. Octobris 1698.

Deuotiſſimus, ac Addictiſsimus famulus.

Io. Baptiſta Contulus.

Diſu-



BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Diuiſio, & Vnio Lapidis.

CAP. XVII.

COnſtructionem lapidis conſtare arbitramur ex Acido ligante partes ſolidas, quod ex diuiſione eiuſdem, & noua reunione deducimus; nam vidimus quòd Calculus, ſeù lapis extractus à veſcica, aut ſponte delapſus, non contritus, vitreæ retortæ incluſus, cuiuſuis molis ſit, dumodo tamen collo retortæ non adhereat, impoſita retorta in arenam moderato igne vrgente primo extillauit in receptaculũ mundum vrinæ ſuccum ſimilem nullius odoris, dein fixior pars ſublimata fuit in collo retortæ inſtar butyri, vtraque huius ſpiritus in vaſe vitreo mundo, ne in auras abiret, incluſa, & cera obſignato ſeruauimus, & reperiuimus in fundo frigefactę retortæ Calculum, ſeù petrã adeò tamen friabilem, ac leuem, vt ſi digito tãgebatur, abibat in puluerem ad inſtar Cadauerum in ſubterranea Roma; ipſoque Calculo extracto ſi denuo ſpiritus infundatur, & prò deperdito ſpiritu, addantur aliquæ guttæ ſpiritus vitriuli rectificatiſſimi, videbis prædictam puluerem in priſtinum lapidem obduratum conuerti. Ex quo philoſophari licet principia huius compoſiti eſſe partes illas ſolidas, & Acidum ligans, ac conſtipans alkalia, namque naturà vacua per appetitum quemdam, & proportionem innatam, ac propter repugnantiã vacui abſorbent Acidum, vt in copulato cum cinere videre licet, qui ab Acidis acrimoniam aufert, nam inuaginatis particulis acuminatis occultatur.

Vnde pro ſpecifico remedio ad præcauendum à Calculis, & lapidibus imponit Tac. prædictorum lapidum Cadauerem deglutitum, nam abſorbebit in ſtomaco illud Acidum ſpecificum, quo fit lapis, & impediet ne Acidum triumphans per venas, ſuccoſque decurrat, ac inducat in renibus, vel veſcica, imò etiam in iuncturis, moleſtos dolores, vt contingit in Podagra & chiragra.


Certo certius, medio Glutine, vt notat Hipp. lib. de humoribus vniuntur; ergo Glutine opponendum eſt, vt videre eſt *del glutine*.

De Calculo Renum.

C A P. XVIII.

Kentmanus narrat in ſectione Federici III. poſt eius obitum adinueniſſe lapidem in renibus, ſed vereor ne aggregatũ eſſet arenularum conſimilium amygdalarum nam, vt permixtum cum amygdalis ab ijſdem internoſci repentino aſpectu vix poſſet, à quo ante mortem adeò ſæuis doloribus cruciabatur in dextro crure, vt nigreſceret, & de nigraretur pars, donec lapidẽ peperiſſet.

A. Calculus Federici III. Electoris Saxoniæ.
B. Foramen eroſum, quo vrina perfluebat.
C. Calculus Amigdalinus.



Lapidum Diuiſio.

C A P. XIX.

NOn incongruè diuidimus lapides per id quod habent ſuum augeri, vel per intus ſuſceptionem, vel per extra appoſitionem; nam primi, vt plantæ augentur: teſtis eſt experientia, quæ communi omnium ſapientum dictato, eſt rerum etiam dubiarum interpres; Extant namque (ommiſſis alijs relationibus, quæ ob nimiam à noſtris regionibus longinquitatem probabilem ſaltem ſuſpicioni locum reliquunt) & oculis tranſeuntium per illas Etruriæ partes ſubijciuntur, inter cætera monſtruoſa, & raritatis cauſa maxima admiratione digna in nobillimo, & locupletiſſimo Muſæo Ducis Maſſæ, & Carrariæ Carolo Cybò ſaxa quædam indagata ab illis lapidum inciſoribus in Montibus Carrariæ Ciuitatem ex parte Aquilonari circumuallantibus, ac viuo lapide exercentibus, in quibus ſaxis tamquam in ventre conſpiciuntur ocularitèr, & mallei, & Scalpra ab illis antiquis Lapidicijs ibi fortuitèr relicta in excauandis dd. ſaxifodinis, vt mihi retulerunt plures perſonæ fide dignæ, & ſignanter de viſu.

D. Abbas, Io. Baptiſta Caſtiglionus I. V. D.
& D. Bernardus Lucianus. I. V. D.

Ambo fide digni, & omni exceptione maiores.

Raciocinari poteſt vegetabiles eſſe marmoreos lapides, nã cẽtrale punctum, quod obſeruatur, parit ſtrias, ſeù lineas, eo modo quo conſpicimus in centro ſeminis vegetabilium, & vti etiam in parando gelu, vt docet Pa-

ter Bartolus, & vt oculari inſpectione vnuſquiſq; ſe ſatisfieri poteſt: in expoſitione aquæ in vaſe rigori iberno obſeruatur in centro aquæ paruam ſuſcitari bombam, inſtar oliuæ ; inde ictu oculi ab ea extendi lineas percutientes circumferentiam vaſis , & repercutientes dictę bombę centrum,ex tali textura redditur fluuidum, ſolidum , nempe Glacies ; ſeù gelu . Vide meam Epiſtolam vulgari ſermone reſponſiuam, ſe apporti vtile , o danno il beuere in Giacio,à chi patiſce di mali renali, e podagroſi diretta al Sig. Dott.Maffeo Bonzi.Ac magis , Tachenio arridet , quòd ex Acido oculto procedat, Lapidificum augeri nam, vt probat Acidum à ſole fluens ſi infunditur in materiam , e. g. mineralem ſtatim recipit determinationem naturæ , & virtutis mineralis , & ſic de ceteris animalibus , & de vegetabilibus, hocque vocat Lillius mercuriũ:Exempli loco ſit mineraSalis petræ Patauij , iam euacuata , quæ quinque , vel ſeptem annorum decurſu , rurſus repletur , eſt enim terra eius nutrix , Hermete teſte , vndè hic ſpiritus in illa corpus aſſumit , atque fit inflammabile nitrum. Grandius , eſt quòd in anima voluitur . Eſt inſula vulgo Elba parua in Tuſco mari circuitu ſuo 20.milliaria Italica complectens ferro diues,ex qua per plurima ſæcula ferrum fuit erutum , & hodiè quoque eruitur ,; ità vt non ſolùm montes ibidem , ſed ambæ duæ inſulæ effoſſæ debuiſſent eſſe , nihilominus ferrum ſemel eductum à viginti annis denuò renaſcitur , & nunc melius quam olim , eo quòd Alkali , vel mater mineralis ibidem rurſus exſatiatur à fonte vitali , & accipit metalli determinationẽ , fitque ferrum .

Vitrioli quoque minera euacuata in Carinthia primo

mo libero aeri expoſita, poſtea cooperta ab aliquot annis rursùs repletur, ideòque radices rerum in aere contineri admodum peritè dixit *Calid.*

Hinc inferimus, quòd vegetabilia omnia non minus, quàm animalia habent inſtrumenta vitalia, quibus vtuntur ad horum incrementum, & propagationem, quod agnouit Hipp. in mecanica vegetabilium lib. 1. de dieta, *duas dari facultates*. In ſemine igitur tamquam in ouo, vel ſtomacho dormit præualens Acidũ, cum puſillo alkali prò ſui ſuſtentatione, cum ſpecifico rectore, prout diximus de Acido fermentatiuo ventriculi.

Cum verò in terram proijcitur, humido ſoluitur, & calido excitatur Acidum, vti igneum, incipit agere in alkali, cui humidum accedit rector, caloris beneficio illud informat; Vnde inuiſibiliter Acidum aſſumit alkali, & alkali viciſſim ſorbet Acidum, *in vtramque partem tendunt*, fermentorum more, imò non ceſſat donec curſum præfixum abſoluerint ad ſuos fines. *Spiritus alter trahit, alter protrudit*, vt ait Hipp. in ſupra memorato loco. Qua propter æquiparantur mineræ ſaxorum & plantis, nam ſi ab eis remoueantur partes, denuo reueuiſcunt alij rami, quod euenit in plantis licet rami inciſi pereant.

De Iudicio, ſeù illatione cuius naturæ Lapis ſit deſumpta ab vrinis excretis in Patientibus.

CAP. XIX.

SIcuti Vulgus infert aquas limpidiſſimas, ac chriſtallinas à fontibus ſaxoſis vtpote filtratas corriuari; Ità noſtrũ erit inferre in ſuppoſito morbo ab vrinis huiũs ordinis marmoreo ſaxo Patientem laborare.

Sin autem tantiſper pellucidæ, craſſæque fuerint vrinæ per thuphaceum lapidem permeaſſe inferemus.

Si verò muccoſæ, ac oleoſæ fuerint vrinæ, cumque per ſaponaceam arziloſam ſubſtantiam pertranſierint; Arziloſo lapide laborare diudicabimus.

Cum verò filoſa, ſeu capillaria excreta intuemur in vrinis, ratiocinabimur eſſe ea ramenta relicta in conſtructione lapidis cruſtacei, vnde cruſtaceo lapide laborare illatio erit.

Tandem ſi in vrinis ſabuloſa, ſiue granuloſa excreta infundo matulæ inerit, laborare lapide ex aggregato arenularum vitrearum dicemus.

Hinc colligimus lapideas naturas quinque ſpecierum eſſe, vnde etiam quinque diſiunctiua menſtrua eſſe adaptanda, non verò prò vt aliqui vnicum ſe habere prò lapide frangendo decantant arcanum.

De

De Calculis in Artriticis.

C A P. XXXI.

FRequentèr in artuum doloribus reiteratis concreſcere intuemur ſuccos pingues in lapillos, cuius ſẽſus fuit Gal. lib. 6. cap. 1. de generatione, nec diſſenſit ab eo *Berconius* Patauinus Medicus in lib. 11. Cap. 33. docens materiam, ex qua producuntur Argilloſam eſſe, quam his verbis deſcripſit. *Argillam eſſe terram tenacem glutinoſam, ideòque ſigillorum impreſſioni aptiſſimam, eam tamen quandoque in lapidem ſolidari poſſe*; Hanc à nobis ſaponaceam nuncupatam, & iuremeritò talem, Nam continens oleum, quod vt accenſum mordicat, & velicat perioſtia ſinuum, nec cedit, niſi mordacitas, vel ſit abſumpta, vel ſeceſſerit. Si primum lapideſcit, ſi ſecundum articulos infirmat.

Hi lapides figuras modò piperis, modò ciceris tenent. Colore variant, nam aliqui cinerei, alij nigricantes, alij colore ciceris flaui, quòd tamen raro euenit.

Kentmanus in ſuo libello de lapidibus memorat virum ſeptuagenarium doloribus arthum miſerè cruciatum, nec contiuuò, ſed per interualla redeunte morbo, vt eſſe ſolet; Pedes primum, indè Manus, Brachiaque, tandem humeros, & Spinam dorſi occupauit, donec temporis proceſſu omnes artus inuaſit; Puſtulæ enim ijs locis ſurgebant, modo flaui coloris, modo nigræ, quæ ruptæ etiam dolorem afflicto augebant; Sic intus materia exſiccabatur, & indurabatur. Huiuſmodi Tuphorum formam exhibeo in adnexa tabula.

Obſer-

INTRODVCTIO
Ad Tractatum de Cute.

ABſoluta calculorum, qui in iunctùris articulorum producuntur, diſcuſſione, reliquum videtur ad complementum indaginis, perfectæ ſcrutari, num ſuccus ille à foraminulis cutis extrahi antè concretionem poſſit, namque poſt etiam per vias tàm anguſtas impoſſibilis eſt eiuſdem eruptio. Huic verò examini cauſam dedit obſeruatio non leuis momenti, quia nimirum conſtat experientia ſub axillis ſuccos huiuſmodi, non concreſcere, nec vnquam fuiſſe in lapides conuerſos, ob latitudinem pororum, qui vtpotè numquam obſtructi, quia aeri non obnoxij, facilè humores noxios exonerant, indè motiuum mihi ſufficiens inquirendi, an etiam in reliquis partibus tales ſucci extrahi valeant priuſquam in lapides obdureſcant; ad quod cùm maximè conducat cutis notio, ideò hìc de illa ſermonem inſtituo.

CAP. XXI.

COopertam humanę cutis ſtructuram cruſta, ac inſtar furfuris, vt videre eſt in ſpolijs ſerpiũ microſcopio reperimus,& figuram exhibemus. Prò comperto etiam habemus; hanc à non paucis cuticulam, ab alijs vltimam efloreſcentiam appellari, quæ communitèr à Scola Pellicula aſſeritur non viuens, ſenſuſq; expers, tenuis, denſa, exanguis, e vaporibus oleoſis, craſſis, & viſcidis frigiditate externa condenſatis ad tegendam cutim, quam ſextuplo cuticulę craſſiorem obſeruauimus, & ſupra memorati furphures, ſeù cruſtæ intrinſecus alligari reticulari corpori ac ſi eſſent folia ſuo trunco: hęc à Malpighio papillæ denominantur, & prò operculis bucculorum inſeruiunt, ad tutelam vitæ ſpirituum, ne euaneſcant, vti etiam ſtatuto tempore prò ſudoris exhalatione dilatentur, quæ cutis proùt perforata iuremeritò ab aliquibus cribro ęquiparatur: papillarum portiones nerueæ ſunt, hinc punctæ ſollicitè mouentur, qua proptèr prò adequato tactus organo extant, nec à ſubiecta carne ſinè dolore ſeparari, ac euelli poſſunt, vt ſenſus iuſtificat.

Cutim enim habere vaſa excretoria à glandulis orta in figura exhibemus, ad quæ materia per tranſpirationem exhalans, vt per arterias deportetur, & per lynfatica expellatur: Malpighius mecum obſeruauit ſingulis poris ſuam glandulam ſubiacere; quæ maior eſt in ægris, minor in ſanis, maior in ijs, qui ſepè, ac multum ſudant, vndè ex locis exquiſito tactu pollentibus

ſu-

ſudor erumpit, vt in plantis pedum, manuum volis, & ſub axillis. Rurſus ad glandulas pororum miliares per tranſuerſum excurrentes neruus permeat, imò ipſæ arteriæ ex minimis his glandulis ortum ducunt, quorum munus, eſt defferre ſuccum ad papillas ne organum tactus areſcat, & ne callo quodam ex aſſiduo vſu tentetur.

Longo poſt interuallo introſpexi corpus ſupradictum glanduloſum, cui inherebat aliud corpus figuræ ſemilunæ, à quibus punctis mador exibat, vt videre eſt in figura.

Hic in gratiam iuuentutis ſtudioſæ laconicè attexam iuditiũ Malpighij, & cutis fabricã mihi relatam concinno. Poſt cuticulã ſe ſe illi obtulit reticulare corpus, cuius crebris foraminibus continentur, non ſolum ſudoris vaſcula, ſed innumeræ penè pyramidales papillæ, hæ emergunt à ſubiecta cute, ſubtractis enim ſingulis rugis quæ in cuticula, & rete protuberant, bini papillarum ordines paraleli per longum ducuntur, in quorum medio diſperſa locantur ſudoris vaſa, hæ papillæ e cutę erumpentes, tandem in cuticulam deſinunt, & ſingulæ in plures veluti fibrulas diuidi videntur.

Ex ſuperioribus ratiocinijs, inferimus quare noſtræ ſuperius memoratæ cruſtæ furfuris conſimiles moueantur ad nutũ, vel aeris, vel ſucci, ſiuè intrinſeci, ſiuè extrinſeci, nam dato, quòd à corpore naturæ pungentis vulneratæ ſint quaſi reuoluuntur, hæcque eſt ratio, quare mutuatim exaltentur, & deprimantur inſtar follis, ac exerceant officium pulmonum, videlicet atrahentes, & retrahentes, non ſolum aerem, ſed etiam ſuccos, ac interſe ſe oſculantes, ſiuè amplectentes, vt etiã euidenter,

& ocularitèr in eruptione ſudoris microſcopio bono indagari valet. Cutim eſſe huius ordinis docet Coriarius in ſua corij perfectione. Cùm primò in animo habeat à pelle pinguem calce ſuccum exſugere, ac remouere, medio aquę fluuialis balneo lymphaticũ præſeruare ſuccum, poſtmodum corticibus pulverizatis Quercus, vel Mirti, & ſimilibus, completo animo ſuo remouere ſupra memoratũ ſuccum; Indè apprehendit bacculum rotundum, cum eo comprimit corium, vt ſquammæ infeltrentur, nec non pneumonicæ tracheæ, ac bucculæ obturentur, vt tale corium inſeruire poſſit, non ſolùm ad continendos liquores, verùm etiam aduerſus iniurias aeris. Sin autem ſecus eueniat, quod non perficiatur opus, vt contingit in imprudenti Artifice, nempè corium à calce comburi, ſic combuſtum admotum in filamentis reducitur, partimque in furfureis corpuſculis per aerem leuiſſimis volatizãtur, & partim non amitunt figuram. Vnde ſuadetur intellectus conſtare corium, non ſolum de Reticulari, de bucculis, cruſchis, & de modo inſpirationis, & reſpirationis.

Vlterius ſcripſit præcitatus in inſectis partes diſſectas uiuere, atque moueri, nam per totum ſpinalis medullæ ductum vaſa pneumonica propagata, vt puncta nigricantia in vtroque ſpinæ latere reperiuntur, quæ tot veluti tracheas eſſe adnotauit, per quas inſecta aerem hauriunt; ſi enim ſpinulæ illæ oleo illiniantur, animal ob ſpirituũ percluſorum haditus, ſtatim expirat, vt proinde fateri liceat apud inſecta ſpiritus animales, non tantùm in cerebro, ſed etiam in medullæ ſpinalis protuberantijs veluti in tot cerebellis per totam ſpinæ longitudinem extenſis elaborari. Hæcq; fortaſſè erit ratio, nam

ratio-

ratione dimenſionis inſecta egebāt pluribus foraminulis prò aeris atractione dum à pulmonibus non potuiſſent ſatisfieri.

Ex his inferimus quare vnctiones, ſiuè olei, vel pinguedinis applicitæ in doloroſis partibus, tam chiragroſis, quam podagroſis,alijſque partibus externis raro proſint,nam obturarant bucculas, & ſupernatando oleum &c. præcluditur aditus,& exitus,vt prętat oleum in flaſchis vino repletis, ne vini ſpiritus eneruetur. Nec non noxiæ ſucci naturæ pręcluditur aditus; Quod agnouit Santorius in Aph. 22. his verbis. *Balneo olei meatus cutis condenſatur, hoc fine,ne humiditas alimentalis attracta reſoluatur*, ergo oleum claudet in periculis, non aperiet poros; de Balneis præcipuè frigidis eadē erunt incomoda,nā tactu furfures reſtringuntur. Dixi rarò,non ſemper, nam aliquando repulſus ſuccus retrocedit,& à calore naturali digeritur ſed non ſemper, non ergo eſt iuxtà rationem hoc facere. Hinc inferimus vndè procedat illud aſſertum vulgare, *che alla gotta gioua niente*, nam cognoſcimus ſuccum glutinoſum, quo feruidum, eo noxium, & copulatum, cum oleo reperto in iuncturis prò commodo motus apprehendi in illo igneum, hæcque, eſt ratio, quia ita contumax eſſe ſolet dolor Artrhiticus, nec ceſſat donec, vel euaneſcat, vel reaſſumatur, ſi primum de vtràque verificetur,vertitur in bonū, ſi ſecundùm in malum,cum multoties talis reaſſumptio, vel conglobetur, vel per fluuida ſanguinis diſſeminetur, hinc febres, vel inflammationes.

Indicatio curatiua eſt ergo bucculas apertas manutenere atque, hoc docet Santorius in ſuis Aph. primæ ſection. 88. *Humores Podagricorum, etiamſi craſſimi*

ſint

ſint, ſolùm per modum vaporis reſoluuntur. Vnde Cruſchæ calefactæ ſupra partem, & grana milij pariter calida id præſtant, & efficacius Cruſcha quam milium, præcipuè ſi vnctuoſa erit fluxio, eritque impedimento ne concreſcat.

Animaduertendum eſt, quòd Aluus detineatur lubrica clyſteribus, vel Caſſia, quod confirmat præcitatus, Santorius Santorius in prima ſect. Aph. 47. *Caſſiæ pauxillum non diuertit perſpirationem, non lædit vires, ſed ſolum aufert è corpore inutile pondus*: *Aliæ verò medicinæ magis euacuant, remotiores partes attingunt, & corpus magis leue efficiunt*.

Apud Hollandos eſt vſitatum in hiſce caſibus Lignum Seleppij ignitum, ſuprà quod inijciunt ſulphurem contritum, & hoc modo accenſum immergunt in lactem Muliebrem, Ouis, aut Vaccinæ, applicantque parti linteamina eodem Lacte imbibita ſolofine, vt portiunculæ acuminatæ ignis, & ſulphuris aperiant ſquammas, ſeu ſurphures Cutis. Hoc remedium inualeſceret etiam apud nos, quando noſtra Italia eſſet ferax eiuſdem ligni, quod hìc abundantèr non viget, & ipſo vſus ego ſum ſæpiùs cum leuamine ægrotorum. Plura de hoc diffuſiùs à me ſcripta vide in Cap. vulgari ſermone, *Come ſi producbi, e curi la Gotta*.

De

De Methodo curandi lapides in Veſcica, & Calculos.

CAP. XXII.

VT in ſuccurrendis lapidum morbis in Veſcica, & Calculorum exiſtentium, tàm lectori quàm mihi ſatisfacere valeam, opere pretium duxi primò eo meliori modo, quo potui, ſuis in locis ſaxa, & lapides varijs in viſceribus crebrò indagatos diſponere, & ſeparare licèt mihi non ignotum ſit in quamplurimis alijs corporis partibus reperiri poſſe. Quod ideo reputaui, vt expeditus poſſem perpendere, an poſſet huic ſaxeo morbo, prout aliqui decantant, vnum adaptari remediũ, quod per os exhibitum eundem frangere valeat, aut ſaltèm ea porrigere Pharmaca quæ huic morbo magis appropriata videbuntur.

Sat probatum mihi videtur lapides à Saxis valdè differre, quod confirmatur à Plinio lib. 36. cap. 18. *Nuſquam hìc vtilior quàm in Italia gignitur lapiſq; non ſaxum*; Nec non à paſſim ita diſtinguitur lapis à Saxo, quòd lapis mitior ſit, minorque, ac tenacior, ſaxum verò maius, aſperius, & durius, vndè gemmæ lapides non ſaxa dicuntur; Quapropter quodomodo vnum antidotum vtrique ſuccurrere valeat non comprehendo, etenim ſi vni conueniet, alteri aduerſari poterit. Sed hic Reſpondentem virtute præditum audio, Remedium, quod exhibetur, habet Accidum corroſiuum commune quod in minutiſſimas partes frangitur, ſed bona huius Domini venia, reſpondeo, quid maius corroſiuum quàm ipſa vrina, qua ferrum corroditur, &

ex

ex qua lapis fosforus ædificatur; & tamen licèt in eo ſtatitet,nec foris,nec intus immerſus lapis,fractum videmus. Vnde ipſum Tachenium audite *Ab accidis ideò diſſoluuntur aurum,& Antimonium,quià pinguia, & ſulphurea,ſed ſolummodò à ſalſis, ſed & Calculum, quià coagulatũ fæcibus,quæ pingues atquè ſulphureæ ſunt,ideò ab Accidis vulgaribus non diſſoluuntur; At Spiritus ſalis Marini, vltimo reuerberij igne expulſus qui neque purus accidis,ſed ſalſus quodammodò exiſtit. Hoc inquam non ſolum aurum, & antimonium, ſed etiam Calculum in Vitro diſſoluit, quòd nullus alius deſtilatus Spiritus efficit.* Nota ergo quòd dicit in Vitro, non autem aſſumptum per os, Imò infert, *& ideò non poteſt præſcribi aliquandò infirmis quià neglecta fuit Curatio, vnde habent organa corroſa, & exhibendo tale remedium infert damnum.* Itaquè ſi nuper memoratus, qui dicit habere arcanum pro frangendo lapide,exhibebit corroſiuum, priùs inficiet Viſcera per quæ tranſibit, quàm ad locum lapidis pertingat. Præcitatus vrget,*Remedium eſt ſpecificum*, Cui obiectioni ſufficiens enumeratorum caſuum Praxis abſolutorum eſſet reſponſio,vtIntellectus acquieſceret; Neque ſuper hoc acquieſcam donèc melior lux affulgeat. Intereà cùm ex Hipp. Ægri ſolo Prognoſtico non ſint deſerendi, hinc erit diſcurſus

De

Tabula in qua explicantur ſucci à foraminulis caruncular: renum expreſsi, quibus efformantur diuersę naturę Lapides.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.



De Signis Lapidum in Veſcica.

Optima quæque curandorum morborum Methodus eorundem præcognitionem exquiſitam ſupponit; Medicaminum etenim vis in incertum non fertur, indefinita namque, & indeterminata poteſtas, aut actio non datur in Natura. Hinc ſæpè ſæpiùs ex optimis Pharmacis peſſimi emergunt effectus, eo quòd ignotis applicantur Morbis, vel per errorem aliter ac ſunt conceptis, quia virtutes antidotorum limitatæ extant, & quæ quibuſdam proſunt morbis, alijs nocent grauiùs, & ideò quandoque Medici, qui ab Hipp. adiutores Naturæ appellantur, Hoſtes, & Homicidæ euadunt, vt videre est in Relatione D. Io. Piode in hoc opere inſerta. Quammobrem perneceſſarium arbitror antè preſcriptionem curandi lapidis in Veſcica, eiuſdem promere Prognoſticon, & in ſignis quibuſdam ambiguis, alijſque certis conſiſtit: Nàm cùm ſenſibus immediatè ſubiecta non ſint, ex effectibus ea colligere fas eſt.

Signa verò huiuſmodi, quæ deliteſcentem in veſcica produnt lapidem, nonnulla æquiuoca ſunt, & idcircò ambigua, vtpotè calculis, Viſcoſitati, Vrinæ aduſtioni, & Renum vlceri comunia.

Primò Ardor velicans inter mingendum, & pungens ſummitatem Virgæ, qui prouenit vt plurimum ex mordaci ſucco tangente fibras nerueas, & per conſenſum ad extremitatem vſque pertingente.

Secundò color quidã in vrina ad inſtar lixiuij corrupti, qui pariter prouenit ſæpiùs ab vlcere renũ, quamuis etiã

in lapidem patientibus contingat, præcipuè ſi ſaponaceæ, vel vitreæ, vel argilloſæ materiæ fuerit.

Tertiò Calor extuans in Renibus continuatus vſque ad Veſcicam in ligaminibus, ſeu ductulis, qui & communis eſt, nedum laborantibus lapide, ſed & iter agentibus equo, aut pedibus; Et hæc ſat ſint quoad ſigna equiuoca, & dubia, licèt alia extent, quæ tanquam remotiora prætermittimus, vnde ad ſpecifica, & propria accedimus, quorum

Primum occurrit dùm fila in vrinis ad modũ capilorum innatantia deprӕhenduntur, quę exſiccata ſi trahũtur in diuerſum quaſi capili rumpuntur, & lapidem indicant quaſi Paſta confectum: & cruſtaceus nuncupatur.

Secundum Vitrei lapidis ſignum certum, & euidens ſunt rubeſcentes, vel flauæ, vel albicantes, aut cinereę arenulæ in vrinis cum dolore, & pondere in veſcica.

Tertium indicium verò omnibus commune lapidibus, cuiuſcunque materiæ ſint infallibile eſt quando nempè Candelula immiſſa in Virgam impingit ad Sphincter ſenſibilitèr.

Quartũ eſt alterũ commune ſignũ quando guttatim percolat vrina, dùm Candelula eſt intra foramen membri recepta; tunc enim remouet ab orificio coli Veſcicæ lapidem, qui in illud impingens impediebat exitum otij.

Quintum ſignum prodit latentis lapidis extracta candelula, ſi in ſummitate corroſa appareat, quia in illum impingens hebetatur, quod paritèr commune eſt omnibus lapidibus, ſiuè cruſtaceis, ſiuè vitreis, aut alterius ſpeciei, cùm enim duri ſint effectum hunc commodè præſtare poſſunt.

Sex-

Sextum ſunt dolores, & vigiliæ quas patiuntur affe-ꝛ ꝛ
cti, quandoque & febres in motionibus, & quadratis lunaribus, in quibus nouas ſuperinduunt cruſtas lapides ad inſtar Bezahar quod imitantur.

Septimum feculentæ ſunt vrinæ, & lutoſæ, vtpote quæ ex ſedata lapidis amurca tranſeunt, & corrumpuntur.

Octauum ſunt vrinæ adeò turbidæ, & confuſæ, vt aquæ, in qua paſtæ ebullierint, ſimiles appareant, quod tamen non in omnibus contingit, ſed in quibuſdam.

Nonum, quod pariter ſignum commune eſt, in lapide laborantibus obſeruatum eſt dum de vno alium petunt locum eleuando pedes ad motum videntur ad inſtar ferentium graue pondus incedere, & quaſi renibus onus magnum inhæreat inter ambulandum ſe gerunt ea difficultate in eleuatione pedum, ac ſi onuſti procederent.

Prognoſticon tandem lapidis ſumere eſt ex pondere, quod ſentiunt patientes infra Anum, & decumbere volentes, vel lectum petere, coguntur manum ſupponere, & quodamodo leuare illud grauamen; quòd ſi hæc ſigna depræhenſa fuerint, quæ certè indicant adeſſe lapidem, fraudandi non ſunt patientes inutilibus remedijs, ſed ad ſectionem inducendi, vtpotè, quæ vnicè illis ſupereſt ad euadendum imminens periculum, cætera, vt fruſtranea reicienda; expedit enim illis breue ſubire martirium, ne grauius diuturnitate experiantur incaſſum.

Quæ curatio in Equiuoco, & initiante morbo lapidis marmorei adhibenda ſit.

C A P. XXIII.

QVotieſcumque vrinæ, quæ in matulam lucidæ, ac chriſtallini coloris per interualla diſperſæ, e virga abſque dolore exilientes elabuntur; proüt contradiſtinctæ à carnoſitatis ſuſpicione, quæ cum hiſce morbis non rarò concomitantèr ambulat; tunc marmoreo lapide ægrū laborare ſuſpicaberis, cuius productio ab aliquibus nuncupatur pro ſpiritu lapidifico, vt Cap. 4. de fer. demonſtrauimus, in quo fermento eſt duplex Acidum, occultum nempè, & manifeſtū: in primo ſi occurrit Alkali ſulphureo, profectò ſi Acidum in nuper memorato Alkali inuaginabitur, erit ſaxum viuum ab omni lapide diſtinctum, & dicitur iuremeritò ſeminarium lapidificum, nam augetur per intus; quæ ſigna conſiſtunt in pinguedine patientis accenſa, & in rubedine quadam inſtar roſiolarum in genis permanenti, quæ roſrolæ conſpiciuntur etiam in caſu inflammationis, vel incaleſcentiæ pulmonum; & in nimium indulgentibus potioni vini generoſiſſimi, & aromatum.

Hinc eſt, quòd huic Acido occulto, & Alkali ſulphureo contrariandum eſt, dummodo ſuſpicari poſſit; quòd lapis ſit in ſuo augeri; dixi augeri, non in facto eſſe, nam in principio poteſt occurri lapidi: in facto remediū deberet eſſe corroſiuum, quod eſſet ignem igni addere, & etiàm multiplicare lapides.

Vt autem lapidi in fieri, hoc eſt in ſuo augeri, occurratur comendamus, vel vſum *Loræ* ab Hipp. & Græcis laudatæ, quam appellant *Catolorum*, & componitur ex maceratis aqua vinaceis, & ſecundũ Plinium lib. 14. Cap. 10. non poteſt iure dici vinum, & nos loco vini proponimus: in Gallia vtuntur prò hoc morbo Tiſana Mad. Locheti Cuius hæc eſt deſcriptio.

℞. Auennæ lib. ij.
Fol. Cicorij manip. ij.
Chriſtalli mon. & loco eius ſalis Prunellę dragm. ij.
Melis optimi vnc. ij.
Aquæ fontis lib. x. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, inde coletur loco vini &c.

Prædicta ſunt vſurpanda, dummodo ventriculo non repugnent, ac noceant, pro qua cautione pauliſper exhibeantur; quæ ideò proſunt huic morbo non ſolùm, quia ignem extinguunt, verùm etiam quatenus abſtergunt, & minuunt pabulum lapidificum, & ità per accidens iuuant ægroto, quòd non præſtant pharmaca, vel Acida, vel dulcia, vel amara, nam vt calida violenter irritant, magiſque exſiccant fermentum, morbuſque augeſcit, & ſi videbitur occaſio leniendi corpus, laudatur Caſſia, vt præſcribit Santorius Santorius Aph. 47. *Caſſiæ pauxillum non diuertit perſpirationem, non lædit vires, ſed ſolùm aufert è corpore inutile pondus; aliæ verò medicinæ magis euacuant, & remotiores partes attingunt, & corpus magis leue efficiunt: Cibus tamen, & potus ſubſequens implent euacuatos meatus, indè aluus, & veſcica exſiccantur, & paulò poſt corpus ſepè ponderoſius redditur.* Præſtat idem Oleum Amygdul. dulc.

Rurſus aluus lubrica clyſteribus detineatur, vel ex

lacte

lacte, vel Iure alterato cum frondibus Violariæ, Parietariæ, Plantaginis aquaticæ, & ſimilibus, quibus addere poteris Saccharum Roſatum, vel violatum, vel mel. Roſ. vel Viol. ad vnc. iv. Laudantur etiam ex aquis Thermalibus, vt Villæ Figatelæ &c.

Loco alterantis emulſiones ſem. melonum in iure tenui, vel aqua Noceræ, vel Endiuiæ, vel Lactucę, Primolæ veris, Plantaginis aquaticę Cicorij vſurpandę ſunt, & ſi inerit dolor addę Radicem, vel folias Anonidis, & coriandros.

In reliquis ſummoperè recta viuẽdi ratio proficua exiſtimatur quàm medicamentorum multitudo, quæ conſiſtere debet non ſolùm in abſtinendo ab Acidis, vt Acidis, ſed etiam ab ijs de quibus ſuſpicatur, quòd in Acidum conuertantur, vt ſunt dulcia, quæ acidiſſima vi caloris euadunt.

Rurſus à carnibus pinguibus, & à quibuſdam partibus etiam aliarum carnium, vt ſunt pedes, capita &c. quę in gelatinam conuertuntur. Dixi vt à pinguibus carnibus ægri abſtineant, vt ſunt Anſeris, ſuilli, & Piſcium; & à leguminibus, ac lacticinis, nàm corrumpuntur de facili, & in acidum tranſeunt.

Laudantur carnes Palumbelæ, Vituli, Caſtrati, Pulli, aliæque conſimiles &c.

Rectam viuendi rationem in huiuſmodi malis ſatis à nobis laudatam remediorum phalangi præferendam eſſe, vtpotè, quæ vitam tutius protrahit, quod vnicè ab omnibus expetitur, Excellentiſs. Antonij Placenti Collegiati, & Xenodochij S. Spiritus Medici, ætate, ſcientia, ac experientia æquè prouecti confirmat auctoritas, hac enim methodo ad extremum vſque ſenium octoginta

ginta ſex annorum perduxit Eminentiſs. Franzonium marmoreis lapidibus grauatum, vt ex eius cadaueris ſectione, quam exponam inferiùs apparuit, præſcripta viuendi regula triginta ferè annorum ſpatio ſeruauit ſuperſtitem, quod alitèr proculdubio eueniſſet ſi multiplicata remedia ſuſcepiſſet.

Obſeruatio rerum ſcrutabilium repertarum in diſſectione Cadaueris, Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Cardinalis Franzonij Portuen. Epiſcopi, & Vice Decani Sacri Collegij per me Antonium Ramellum Chirurgiæ Doctorem facta die vigeſima Decembris 1698.

TRanſactis horis quadraginta, & vltrà poſt mortem ſupradicti Eminentiſſimi deuentum fuit ad Cadaueris diſſectionem, vt viſcerum perſcrutarentur latebræ, ac mortis dignoſcerentur ſolidiores cauſæ, quæ poſſint oculo Anatomico patefieri: Hinc deuentum fuit ad Thoracis aperitionē, nihil admiratione dignum fuit; ſolumodò comparuere Pulmones paruæ molis omnimodè putridi ad inſtar gelatinæ, ità vt impalpabilis eſſe videretur ipſamet ſubſtantia: quòd mihi placuit accuratius renes perſcrutari, quorum dexter exiguus viſus fuit triplo ſiniſtro ſubſtantiaque flacidiori, ſiniſter verò ad naturalem conditionem melius accedebat, immo in vretere ſiniſtro in ipſius extremitate propè veſcicam inuenti fuere Calculi duo magnitudine, & pondere ęquantes oſſa oliuarum, in eorum ſuperficie ſcabroſi, &

quaſi

quaſi triangulares, tandem veſcica diſecta tres inuenti fuere lapides tenaciter adherentes interiori membranæ ipſius Veſcicæ vna ſimul combinati, & circulum ſfericum repreſentabant: duo enim erant figurę quaſi ſemilunaris, alter verò rotondus, ſed valde ſcabroſi in eorum periferia, ità vt tàm Calculi, quàm lapides aſcendebant ad pondus vnius libræ, & quod mirum apud me fuit inueni veſcicam ex ſua cauitate tres digitos circitèr diſtantem, & oſſis Pubis ſupracilio adherentem, ex quo potuit cauſa dignoſci, quare quoties Neufriticis, Calculoſis, atquè Vrinæ paſſionibus diuexaretur. Arteria Cruralis tàm dextera, quàm ſiniſtra cartilaginea erat (vt ità dicam) oſſea, & vix Cultro Anatomico, magnòque conatu recidere potui, &c.

De

Quæ Curatio in Equiuoco; & initiante morbo lapidis Tuphacei adhibenda ſit.

CAP. XXIV.

SI quis in humano corpore lapis inuenitur, qui ſua natalia ſortiatur à terra, ille ſanè Tuphaceus eſt, vtpotè in eſſentia terreus ad inſtar totius hominis, qui, vt ex Sacris paginis habemus, cinis, & limus eſt, & in cinerem reuertetur. Hocque denotant vrinæ lapidi tuphaceo ſubiectorum, in quarum ſeparatione maior, & copioſior terræ depoſitio, quàm alterius rei reperitur, & licèt natura craſſæ ſint, illarū tamen color eſt aliquantulum lucidus, quamobrem conijcere oportet, quòd aquæ per viſcera circulatæ filtrentur, & quidquid in ventre terreum habent, deponunt, vel in Peluim, & hic tartarizantur, vel in veſcicam, hicque lapideſcunt. Si primum, inter exempla vnum habemus annis elapſis in Cadauere Innocentij XI. fel. mem. vt retulerunt viri famoſi, Io. Maria Lanciſius præmemorati Pontificis, dum viueret, Medicus Collegiatus, ac Publicus Lector in hac Dominante; & Hippolitus Magnanus, huius aperturæ cadaueris Chirurgus, qui propalarunt, quæ fuerunt reperta in ſupra memorato cadauere, nempe tartarizatos Renes, vbi natura alueolum, ſiuè canale præſtauerat, per quod vrina defluebat in vreterem.

Rurſus in cerebro illius glandulam Pinealem petrificatam prǽcitati inuenerunt, *non infixam inter nates, ſed diſtantē* (quod ſecus euenit in exēplo à nobis relato Bononiæ in cap. De lapide in cerebro) quæ omnia cùm tàm eruditè à ſupra memoratis expoſita fuerint de eo tem-

pore, & Typis propalata, non mihi licet verba facere, ſed ſilens ommitto.

Si autem illud terreum deponatur in veſcicā, in lapidem coaceruatur, vt habemus in exemplo relato à famoſo Medico Io. Auguſtino Cucchio Bononienſi Lectore publico, qui ſuis diſcipulis, & precipuè Carolo Ioſepho Contulo Patri meo Medico conciui, dixit, ſe curam ſuſcepiſſe cuiuſdam Religioſi bonæ vitæ annorum 30. circitèr, qui torquebatur de dolore ſtomachi, odioque habebat cibaria, & præcipuè carnes Vaccinas, & Vitulinas, nec non eorum iura, hicque moleſtatus à vomitu poſt aſſumptū cibum poſt tres horas cū ſubleuamine, ſolo oleo Amygdalarum dul. in doſi ſemis Vnc. ſingulo mane antè prandium per integrum menſem in priſtinam ſalutem reſtitutus fuit; ſed elapſis tribus menſibus ſenſim torquebatur de impotentia vrinæ cum ſignis lapidificis, quibus motus præcitatus Medicus conſuluit, vt e veſcica lapidē ſectione remoueret: Vndè completa integrè operatione conualuit: figura lapidis inſtar oui Gallinæ: erat ponderoſiſſimus, ſcindebaturque cultro, vt *terra creta*, qui tunc liberatus, poſt tres annos iterū dolore ventriculi nauſeaque, ac vomitu cępit conqueri; propterea præcitatus Medicus adhibuit, non ſolùm oleum præmemoratum, ſed etiam iuſſit, vt Mentam, ſeù Anthos maſticaret quotidie; hinc ad vſum Decocti Nephritici Querzet. peruenit, & vſum vini lynfati, cum aqua deſtillata Parietariæ per menſem; indè ex vino, vt in Gallia Ciſalpina vulgus vocat *di vua d' oro del picol roſſo*: qua methodo magna vrinæ copia educebatur, quæ turbida deponebat in matulam terræ copiam, vixitque annos 75.

His

His ſuppoſitis congruum eſt lapides à ventriculo vt à fonte corriuari, ex panniculorum defectu, ob quem ſubuertitur tonus ventriculi, adeò vt eneruatio ipſarũ tunicarum ex vomitu ſubſequatur. Hoc docet Bartholinus de Ventriculo his verbis. *Concoctio non perficitur ſolum calore moderato ventriculi, & partium adiacentium, verum etiam ex vitriolo, hoc eſt tartaro, menſtruo* Vide Cap. IV. *Acidum fermentatiuum*.

Curatio inquam à cauſa deſumi debet, quæ non ſolum in medicamentis ſtomaticis, quibus vſus fuit præcitatus Cucch. conſiſtit, ſed in vſu Menthę, vel Anthos, vel in emulſionibus ex ſeminibus Citri, vel in Conſer. ex toto Citro, vel Primolæ veris, Cydoniorum, flor. Perſic. & ſimilium, quibus adde Theriacam, & decocta appropriata, licèt iſta varium ſortiantur effectum; Nam in lapide Tuphaceo, cuius vrinæ deſtillatę plurimum terræ in Stillatorij fundo deponunt, multum iuuaminis afferunt, verùm vbi vrinæ parum terrei habent, & chriſtallinæ exiſtunt, potiùs nocuiſſe compertum eſt. Huiuſmodi decoctionum formulam *ex Sgobbio* hic annecto.

℞. Radicum Vicectoxic.
Rubiæ tinctorum.
Valerianæ.
Pimpinellæ ana vnc. j.
Liquiritiæ vnc. S.
Herbæ Betonicæ.
Omniumque capillarium ana M. j.
Sem. Bardan.
Fœniculi.
Milij Solis.

Aniſi.
Cuſcutæ, Bacc. Iuniperis ana dram. iij.
Fructum Alkakengi num. x.
Flor. Geniſtæ pug. ij.
Aquæ communis lib. v.
Fiat S.A. Decoctum, quod aromatizetur cum tantillo cinamomi.

Doſis eſt ad vnc. vj. vel vij. ſingulo mane.
Vrinam blandè prouocat.
Aliud decoctum præſcriptum à Io. Auguſtino Cucchio Querzet. ſequens eſt.

℞. Radicum Anonidis vnc. j.
Herb. Saxifragiæ.
Virgæ Paſtoris ana M. j.
Fructuum Seneli.
Alkekengi ana N. XL.
Milij Solis vnc. j.
Cinnamomi.
Sem Barban.
Saxifragiæ.
Anis.
Fœniculi ana dram. iij.
Baccarum hed. Arbor. vnc. ʒ.
Ciner corticum fabarum vnc. ʒ.
Aquæ parietariæ.
Argintariæ.
Vini albi ana lib. j.
Fiat omniũ decoctio S.A. in vaſe benè clauſo S.A. de quo capiat ad vnc. vj. ſingulo mane.

Decoctum hoc expellit à veſcica calculũ, & arenã.
Inter remedia, quæ proficua ſunt, enumeramus ſpiritum ſalnitri,

De

De Methodo in curandis Lapidibus initiantibus, qui Muccoſi, Argilloſi, & Saponacei nuncupantur.

CAP. XXV.

NOn ignoramus rigoroſè amurcam ſumi prò ſorde Olei, quæ præcedit, nam quæ ſequuntur fæces vocantur, quapropter examurcatum ſordibus purgatū dicitur; eamdemque contra culices, & limaces ſcimus vim habere. Conſimilem amurcam vtique dari poſſe ex depoſitione lixiuij à linteaminibus percolati Lotrices noſtræ docent; hancque pro certo habemus ex principijs componentibus ſaponem conſtare, nàm hic ex amurca olei, vel alio ſimili, & cinere conficitur, vt videre eſt Cap. de Sapone.

Habemus vtiquè pro comperto Argillam compræhendi pro illa terra tenaci, & candida, vnde olea maximè collibus ſiccis, & argilloſis gaudent; Hincque ex Plinio lib. 35. Cap. 16. in Aſia, Myſiaque denſa, & glutinoſa terra maximè exuberat Cap. 15. Vis bituminis natura ſulphureus ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat, eodemque modo ſiſtitur ſanguis, & vulnus glutinatur.

Talis naturæ terram habemus frequentiſſimè in animantibus, vt fęces præbent, quas ex ſuccis à ſulphure combuſtis arguimus. Olei productionem, & fabricam, & conſequenter amurcam dari, carnes omnes, magis, vel minus vnctuoſę demonſtrant: Rurſus poſſe, combinatos cineres, & amurcā prememoratam, in interſtitijs,

vel renum, vel alterius loci magis remotis ebulliendo efformare quid neutrum, hoc eſt ſaponem, arguimus ab effectibus; Nam lapides, in iuncturis indagati aquam ſaponaceam reddunt, aptamque ad remouendas ſordes à linteaminibus.

Ex his dicimus, talem ſuccum, vt tenacem, & viſcoſum à foraminulis caruncularum renum violentèr expreſſum, percolatum per vreteres, & dimiſſum in veſcicam, addito vrinæ ſtillicidio, vel ex eiuſdem ſalis mordacitate, vel ſphincteris debilitate, vniri, & reſtringi in veſcica recollectum cauſa humidi priuationis, & quatenus multum ſuperque diſtat à fonte caloris, prò vt in veſcica eſt, conglobari, & petrificari, vt euenit in ſapone.

Huius naturæ lapides prædicimus, non ſolùm à confeſſione patientis, ex erratis in ſex rebus non naturalibus, & præcipuè in cibis natura pinguibus, vt Carnis ſuilæ, Piſcium, Leguminum, Laticiniorum, & ſimilium, verum ex ſtructura patientis obeſa, & pingui, nec non ab vrinis muccoſis, oleoſis, & fœtentibus.

Hinc curatio duas habet indicationes, vna nempe eſt directa, ſuccis vitiatis, tàm à cibis, quàm medicamẽtis contrarijs, altera verò ad corrigendã ſtructuram, & locum vbi ſucci vitiati fuerunt: exemplum ſit de vino quantumuis bono, nihilominus in dolio, vel flaſco recollectum, ſi fœtebat dolium, tunc læditur, vinumque deprauatur.

Memini me viſitaſſe de mandato Magiſtri mei nobilem fœminam annorum 45. pinguem, & melancolicam doloribus nephriticis, ſtomachi, & febri cruciatam, quæ acida omnia fugiebat, piper ſolum flagitans,

cuius

cuius ori ventriculi applicari iuſſi ad mentem præcitati cataplaſma ex piperis puluere, & melle compoſitum, optimo ſucceſſu, nam per menſem eduxit vrinas muccoſas, quæ breui temporis ſpatio conglobabantur tamquam ſapo: ſimilem caſum expoſuimus in tractatu de Acido relatum à D. Iacobo Sinibaldo Romano Lectore Pub. Collegiato: Poſtmodum deueni ad medicamentum ſolutiuum nempe.

℞. Syr. florum perſicorum vnc. iij.
Aquæ Angelicæ S. A. pp. vnc. jv.
M. prò potu, & loco Syr. adhibui ius alteratum cum frondibus Cicorij, Abſynthij Capil. Veneris Cetrach. & ſem. citri, cui addidi ſal Prunellæ fabarum ana ſcrup. S.

℞. Rhabarbari maturi vnc. j. S.
Squinanti grana v.
Fiat infuſio per noctem ſuper cineres calidos.
Mane facta col. & forti expreſſione.
Adde Syr. florum perſicorum.
Violati ſolut. vnc. ij.
M. prò potu.

Poſtmodum adhibui Balſamum Innocentij XI. in iure ſingulo mane per menſem ad guttas.

Quo ad victus rationem erat carnium Palumbarum, Pullorum, Pulmenta autem erant ex fœniculis, Seleris, Buragine &c. in iure cum ouo. Fomentaria autem ex Herbis, nempe ex Parietaria, Cepa, Petroſſelo, in aqua decoctis.

Relatio diſectionis Cadaueris Io. Piodę.

DVm Praxi incumberem Bononiæ diuerſis temporibus per aliquot Annos curabatur à Famoſis Medicis D. Ioannes Pioda annorum 60. circiter aridi, colerici, & furibundi temperamenti, vſu vini Viperati, propter Pſoram, nempe aſperitaté cutis ſquammoſam, ſiue ſcabiei ſpeciem, qua detinebatur, à quo quidem Morbo conualuit: Attamèn poſt duos Menſes incidit in febriculam, quæ intra paucos menſes edematoſos pedum tumores ipſi attulit, qui proprijs etiam repetitis lotionibus euanuerunt, ſuccedente tamen Alui fluxu, quo ad *maraſmum* ferè deducebatur. In tali ſtatu alter Medicus non inferioris ordinis, & famę occurrit, qui curationem aſſumens repetitis remedijs tàm alterantibus quàm purgantibus, demum lactis vſum præſcripſit, cuius beneficio per tres circitèr Menſes morbus quieuit. Poſteà verò durities in Hepatis regione emicuit, cui alius æquè celebris notæ Medicus, emollientibus felicitèr obuiam iuit, ſed prędicto tumore euaneſcente Vrinæ ſtillicidium ſuperuenit, qua de cauſa Lythotomos conſuluit, à quibus reſponſum accepit ab eſſe omnem lapidis ſuſpicionem, morbumque conſiſtere in ſola muſculorum relaxatione, præſertim ſphincteris, ab Vrinæ acrimonia inducta ob copiam ſalium, & aculeatarum particularum, ex quibus illa ſurgebat, tanto magis quod D. Patiens aromatum abuſum diù ſuſtulerat. Attamèn, vt morbi cauſa accuratiùs indagaretur à Lithotomo ſiringia, ſiuè chatather immiſſus fuit, à cu-

cuius introductione ſanguis ad ſemi poculum emanauit, cuius effuſioni alia febricula ſucceſſit, adeò vt tanquam emaciatus, & tabidus curaretur remedijs ad hunc finem adhiberi ſolitis; vt China, Cancris, Teſtudinibus &c. Quibus fruſtrà tentatis poſt aliquod tempus obijt. Huiuſmodi morbi ambiguitas Cadaueris aperiendi mihi occaſionem attulit, in cuius diſſecatione lapidem oui gallinacei magnitudinem adęquantem natura cruſtaceũ in veſcica reperiui, qui vncias vndecim pendebat, cuius figuram hìc adnexam videre eſt. Hepar arenulis refertũ, & lacerum. In ciſtula fellis alter lapis obſeruatus fuit flaui coloris, ac leuiſſimus figuræ paritèr hìc adnexæ, & tranſparens in cuius medio quædam veluti filamenta conſpiciebantur, in eiuſdem ambitu ad inſtar vitri radebat. Quo viſo tàm lactis, quàm ſolutiuorum vſus in morbo adeptus damnatus fuit; & mirum, quòd huiuſmodi lapis nullum de ſe indicium præbuerit.

Hactenus de methodo curandi lapidem marmoreum, Tuphaceum, Argilloſum, ac Saponaceum. Reliquum eſſet de lapidibus Cruſtaceis, ac Vitreis agere, & quia in tractatu *del glutine* ſufficientèr locutus ſum, ad eum remitto Lectorem, in quo ſatisfactum ipſi puto ad ſatietatem, nedum in ordine ad principia, & modum quo componuntur, ſed etiam ad methodum eorumdem medendorum; remedium inſuper ad curandos calculos, & morbos artheticos ad publicam appoſui vtilitatem; quamobrem ad euitandam ſuperfluitatem, quæ poſſem hìc ad rem repetere, conſultiùs ommitto.

De

De Sapone.

C A P. XXVI.

IN Mundo introducere nouitates inane eſt, nec vnquam mihi fuit in animo; ſed res introductas à Creatore, alterare, permiſcere, & componere vtique Hipp. in libro primo de dieta agnouit, dum aſſeruit ***nil ſit quod prius non erat, verum permixta, & diſcreta alterantur, & arti conceſſum eſt, ſic naturæ.*** Ità ex lino per varias alterationes fit carta &c. ex pellibus agnorum fit chiroteca, & etiam gluten; ex ſuccis florum fit mel, ex hoc per alterationes hydromel, & in vſu habemus, quod inter alias operationes, & res compoſitas ex lixiuio Calcis vna cum oleo, vel pinguedine, vel ſeuo à Saponario (vt notum eſt) ſapo paratur: atque ex cinere riſculi, vel alio conſimili, & puluere ſilicis à Vetrario Vitrum conditur.

Quis enim in dubium reuocauerit Naturam in corpore humano, tàm ſaponem, quàm vitrum parare poſſe? Natura namque non minus prædita eſt Oleo, pinguedine, aqua inſtar lixiuij parata ex combuſtis ſuccis, nec non puluere v. g. ſaxiculorum in antris natoſis hepatis frequentèr indagatorum. Non ne ars naturam imitatur, & vice verſa? ſi ſal formam ammitit prò maiori parte vacuum remanet, & ideò impatiens inanitatis, rurſus Acido exſatiari optat, vt naturæ curſum adimpleat; & quemadmodum natura inelaboratum ſuum alkali quotidie, ac inceſſantèr infundit

fundit occultum Acidum vitale ex aere; quæ poſtea ambo ſolis calore coquente paulatìm aſſurgunt in ſegetes, &fructus: ſic quoque ars naturam imitando præparatum ſuum alkali, ne ſterileſcat, imprægnat occulto Acido v. g. Oleo, pinguedine &c. & calore continuo coquit, donec aſſurgat in ſaponem ſalſi ſaporis, vel illud commiſceat fixioribus rebus, vel arena alba, vel ſilicum puluere, quæ mixtura fortiori calore fuſionis ſilicet agitata aſſurgit in vitrum, quod ſaporis ſalſi eſſe debet, quia ex Acido ſilicis, & alkali fixo compoſitum eſt: imò alkali tanto Acido ſaturatum, vt ſibi ſufficiat, vertitur in ſalſum, & ſi alkali ſufficienti Acido ſilicis coquendo non ſaturetur, alkali ſuperat Acidum, & vitrum ex aere, ratione Alkali, vt vacui, & ſitientis trahit humidum, fatiſcit in rimas, & diffrangitur.

Hinc *Zoar* dixit, quòd ex omni herba fieri poteſt vitrum, quando nimirum alkalizatur. Vnde pro maiori lumine, ac intelligentia ſiſte benigne lector aurem, & audi quid mihi retulerunt Saponarius, & Vitrarius.

Primus, inquit, apprehende calcẽ recentem inextinctam quantum tibi lubet. Inde Cineres verbi gratia vitis, qui à nobis alkali factitium ex vegetabilibus appellantur in tripla proportione: Cooperiatur calx cũ ſupra memoratis cineribus tantillum humectatis, indè ſine, donèc calx dehiſcat (ex hoc inferimus mutuam actionem ad vnicum corpus conficiendum) tunc commiſceantur omnia; inde effunde aquam, vt maſſa humidior euadat, *nam ſalia agere nequeunt niſi diſſoluta*; Ex hac humida maſſa per ſufficientem aquæ quantitatem extrahitur alkali lixiuiale potentiſſimum, & igneum, iureque meritò igneum dicitur, cùm extent

 exem-

exempla, quòd in momento bulliens tale lixiuium hominem ebrium cum laneis veſtibus conſumpſit, vt nil eius repertum fuerit præter lineum induſium, & duriora oſſa.

Tale lixiuium, magiſtra, nuncupatur, tantæque actiuitatis eſt, vt ouum impoſitum non ſubmergatur: Ex eadem mixtura fit aliud lixiuium minus ſaturatum, quod ouum non ſubſtinet, ſed fundum petit, & cum hoc vltimo lixiuio oleum, ſeù pinguedinem commiſce, & coquebis igne lento, donec albeſcat; adijcies magiſtrā oleo tripliciter maiorem; bulliendo autem oleum coagulat alkali donec in vnum corpus coeunt, vt contraria, & per mixta, numquam enim ſimul in eodem conſiſtunt, ſed ſemper alterantur, pro vt docet Hipp. *neceſſarium eſt quæ ab ipſis ſecernuntur, ac producuntur diſſimilia fieri*. Ex alkali manifeſto, & Acido occulto in oleo fit aliquid neutrum ſalſi ſaporis, & exploratur lingua quandoque: ſi dulcis perſentitur ſapor, adde magiſtram; ſi mordax coque, donec mordacitas alkali ab oleo abſorpta, ac conſumpta ſit: dicente Hippoc. *alter trahit alter protrudit, idem autem vterque facit, & in vtramque partem tendunt, & ſic hominis naturam imitantur*. Hactenus Saponarius expoſuit.

Prò experto habemus ſaponis huius pertinaciſſimum, durumque meſenterij tumorem, vna cum hippocondriorum flatibus, æruginoſo vomitu, & ructibus alui ſtipticitate exceſſiuis doloribus concomitantibus applicatione remolliri.

Rurſus podagrico dolori cum ſpiritu vini mirabiliter ſuccurri; nec non callos pedum mollificari, ac dolorem remoueri, certi experientia redacti ſumus.

Nec

Nec ſuſpicioni locus eſt an humanâ natura ſaponem eſformet, cùm tam in iuncturis podagricorum illa materia gypſea, ſeu Thuphacea, tum etiam illa reperta in gummis Celticæ luis correptis vtrumque officium præſtent ac ſapo, nempe ablutione aquæ ſordes è linteis curant, qui ſapo ſua primordia compræhendit à ventriculi fermento. Vide Cap. XXV. de Muccoſis, Argilloſis, & Saponaceis lapidibus.

De Vitro.

C A P. XXVII.

PAriter inter diuerſas naturæ actiones vitrum connumeratur, quod in Lexico philoſophico his verbis definitum reperio: *eſt Vitrum corpus mixtum è calce, cineribuſque primùm liquefactis, deindè in fragilitatem duratis firmatum, quod perlucere, curuatumque reſilire poteſt:* Populari verò ſermone à Bac. ſub num 88. 5. deſcribitur. *Il vetro è vna materia lucida, e traſparente compoſta di rena riſplendente, e d'erba Kali fatta à forza di fuoco.*

Ægyptij herbam Kali, alio nomine Sodam nuncupatam, accipiunt vireſcentem, & ſine flamma ſuper prunis comburunt, quam poſteà in cinerem commutatam nobis in maſſam tranſmittunt, hancque Vitrarij, & Saponarij emunt prò Vitro, ac Sapone parandis: & varia ſortita fuit nomina: Alij enim hanc vocant ſodam, & alij alumen cattinum, ſeù Riſculi cinerem; In hoc verò hi populares homines quam maximè decipiuntur, cùm verè non ſit ſoda illa, quam diximus ab Ægyptijs manipulari, ſed quid ſimile ipſi.

Com-

Componitur verò Vitrum pro vt mihi retulit Vetriarius. ℞. Arenæ Drapanis lib. 76. Cineris Sodæ lib. 20. & per ſetaceũ vibratæ; pone in fornace, & reuerberio ignis calcina, continuoque cum cochleari ferreo agita, vt valeat faciliùs calcinari; & ne adhæreat fornaci, donec liquidum corpus euadat: ignem adde, quod plerumque euenire ſolet ſpatio ſex horarum circitèr, quo completo maſſam coaceruatam remoue ab igne, indè repone, & ad tui placitũ pro Vitro componendo accipe quantũ lubet, & in Vaſe proportionato accommoda, & loca in Fornace, ipſiq; ignem præbe per horas 12. quo tempore impone tantum ſilicis à Vetrarijs *Manganeſe* appellati, qui etiam cum maſſa fundetur: Et hìc aduerte, quòd ex vitri vario colore ipſius perfectio cognoſcitur: ſi enim Vitrum apparebit rubrum, ſignum eſt quòd maior pars illius eſt ex dicto Manganeſe, & propterea imperfectum; Si viride, parum aderit prædicti ſilicis, & conſequentèr perfectius; Sin autèm pellucidum, & chriſtallinum, nihil prorsùs huiuſmodi ſilicis retinuit mixtum, & vitrum erit perfectiſſimum.

Obſeruatio Prima.

Ideò ab Ægyptijs herba Kali viridis, ac ſine flamma ſuppoſitis prunis vritur, quià natura ſua eſt alkalica, ſi enim alitèr efficerent, non ſolum ammitteret in eius aduſtione illa volatilia alkalicæ naturæ, verùm etiam acidum innatum, cùm ſint indiuiduatæ proprietates prout docent Coſmopolita, & Tachenius in ſua claui cap. 5. quod etiam eueniet ſi putrefieret, nam cinis qua talis inaptus eſt fermentationi, ſed vſta hac herba viridi,

& ſi-

& ſine flamma ſuauitèr partes alkalicæ in ea exiſtentes vnà cum Acido innato inter ſe coniunguntur, & fit maſſa frangibilis, nàm aliàs volatilibus particulis orbata,& acido innato, præ violentia flammæ non præberet tempus, vt acidum ageret aduerſus alkali,ita vt impoſſibile eſſet hæc duo corpora coniungi, & vitrum componere.

Obſeruatio Secunda.

Ideò Vitrarij præbent ignem per modum reuerberij; donec fundatur, quià hi cineres, vt admonet præcitatus author cap.3. clauelati, ac combuſti permiſcentur,ad hoc vt acidũ arenæ fixum vniatur, & tunc ſaturatum eſt Alkali acido,quando funduntur,& ſupernatant ſpongioſæ partes nigræ,ac graues, quas ijdem Vitriarij, fel vitri vocant, à nobis autèm terreæ, ac infixabiles appellantur, quod vt inutile reijcimus.

Obſeruatio Tertia.

Non incongruè Vitriarij ponunt dictam maſſam in fornace, ac agitant ſemper, & ſilicem dictum Manganeſe, ad colorandum vitrum, vt ipſi dicunt, ſed cùm vlteriùs ignorent, reſpondent Phyſicis, quòd ideò imponitur ſilex,non ad colorandum ipſum vitrum, ſed vt poſſint communicari,ac reſtitui illi maſſę aliquæ partes in fornace euolatæ mediante igne, ac ammiſſæ in ſecunda fuſione cauſa flammæ acidæ, quæ reuerberando, ac circumeundo per totam maſſam illas è proprio cẽtro eduxit:talis quippe ſilex participans de acido, & Alkali

æquis portionibus, vt ſubiungit memoratus Tachenius in ſua Claui cap. 8. ſi adinuenit, quòd Acidum flammæ ſpoliauit illam maſſam aliqua parte alkalica, communicat illi, ac præbet proprium alkali, qui attrahitur à ſuperabundanti maſſa, nàm alias acidum flammæ, vt potentius, ſuperaſſet acidum innatum Cinerum, qui proindè attrahunt acidum ſilicis.

Obſeruatio Quarta.

Vitrarij probant, vt diximus, fuſam eſſe maſſam, quandò illam commutatam obſeruant in rubrum colorem, nàm à ſuperabundantia acidi plus nimio quàm optat Alkali commutat in ſui naturam, quod ſequenti probata experientia demonſtratur. Sume vncias tres ſpiritus acidi metalli, & tres vncias Alkali fixi, ac pone in vaſe vitreo, indè ſuprà proijce guttatim ſpiritum acidum, *nota*, quòd fit efferueſcentia, qua ceſſata lento igne impone donec humiditas exhaletur, & cuticula ſupra appareat: Tunc remoue vas ab igne, & repone in loco frigido per ſpatium horarum 12. & videbis vitriulum regeneratum ſub forma Chriſtalli eiuſdem ſaporis vitriuli, nec id euenit, niſi quià acidũ metallicũ commutauit alkali Tartari in naturam vitriuli: vndè paritèr in caſu noſtro acidum ſuperfluum ſilicis vnitum mediante igne cum eo reuerberio permutauit alkali cinerum in eius naturam, ex quo vitrum euadit rubrum, quòd atributum competere ſpecialiter acido tradit idem Coſmopolita in Tractatu de coloribus.

Ob-

Obſeruatio Quinta.

Reſpondent Vitrarij, quòd eatenus remanet interdum vitrum in viridem colorem declinans, quatenùs adeſt in eo magna quantitas recenſiti ſilicis, quod ſicuti eſt chymericum, ità nos dicimus id euenire, quià partes alkalicæ cinerum non ſunt ſufficientèr ſaturatæ acido occulto arenæ, nec de addito à ſilice, vndè cineres priuati aliqua parte acidi in igne, conſequentèr ſuperabundans alkali commutat maſſam in naturam alkalicam, ideoque viridis coloris euadit cùm ſit proprium attributum alkali, vt præcitatus author aſſerit in d. Tract. de Color. Quòd autem verum ſit, obſeruare eſt, multotiès vitrum frangi ex ſe ſine tactu, & ratio, eſt, quià cùm alkali cinerum egeat acido, illud abſorbet ab aere, qui prout nitroſus, ac impurus appetit vniri cum acido occulto, & arenę, ſtatimq;vitrum rumpitur cauſa humidi ab acido in ſe attracto impuri aeris. Vide Tac. in Claue cap. 3. Idemque euenire experimur, quandoque tacto vitreo calice aduerſus illum ſonum, quem edit,profertur nota Muſicalis octauæ ipſi oppoſita, ob quod calix frangitur: & hoc quia nota illa inficit, & diſgregat aerem ambientem, ac ea propter ea diſiunguntur partes componentes vitreum calicem.

Obſeruatio Sexta.

Habent vltimò Vitrarij; quòd Vitrum album, ſcilicèt pellucidum, & chriſtallinum perfectum ſit. Nos verò dicimus, quod alkali cinerum ſufficientèr, & proportionabilitèr ſunt ſaturati acido occulto arenæ.

Quomodo Natura parat Vitrum in corpore humano.

CAP. XXVIII.

QVis ergo diſſentire audebit, quòd etiam cineres ſuſcitati ex ſucco in ciſtula fellis combuſto, *ſodæ* de qua mox locuti ſumus aſſimilari non poſſint? Sunt enim natura alkalici, nec non per foraminula pori bilarij, vel alterius viſceris cribrantur: ac ea propter infertur, quòd appetant acido ſaturari; & hoc ex addito competentis pulueris ſaxulorum, qui in partibus vulgo natoſe hepatis occultantur, & præſtant idem officium, quod habent Vitrarij à *Manganeſe*. Nam ſi cinis *ſodæ*, ac puluis ſilicis, à Vitrarijs ſimul vniti, ac in ſua doſi in fornace ardenti collocati, apti ſunt ad parandum vitrum, pari modo ſuccus Ciſtulæ fellis, in cinerem ex aduſtione redactus, vna cum puluere præcitato ſaxulorum hepaticorum, ac per horas ſecundum naturam debitas ardens, vitrum profectò pariet, quod percolatum per foraminula caruncularum renum earumdem figuram apprehendit: nec abeſt ab experientia, nam ſi calcinabis ſecundum artem ſuccum ciſtulæ fellis, cinerem habebis, quem in cruceolo igni impone, cui adde ſufficiens pulueris ſaxiculorũ, qui, vt dixi, in hepate indagantur, inde continua ignem per horas quinque, fuſum vitrum flaui coloris apparebit. Alkali autem in ebullitione ſupernatans, quod fex dicitur, vitri fel, ſalſi ſaporis; vocabis æquiparatum fæcibus vitri, quod à Paſtoribus, vbi eſt inopia Salis, pecoribus ſuis ad lingendum porrigitur, hocque humido Cœlo facile in liquorem abit:

à ſimi-

à ſimili de vitro, nam ſi ſilicum puluis ſponte cadit, & ſi liquor calore coagulatur in verum ſal commune, quod probat eius granulatio, & deinde diſtillatio, ita euenit de noſtro ſuperius memorato. Et ſi fundum currentis vitri eſt medicamentum, ſeu menſtruum diſſolutiuum lapidis, multo magis fex ex vitro cinerum ſucci ciſtulæ fellis humanæ, & ſaxiculorum puluis hepatis erit menſtruum diſiunctiuum, nec contemnendum, propter ſimboleitatem; hoc comprobat Tachenius Cap. 5. cùm diſſoluit, ac componit, vitrum his verbis. *Vitrum accipe clarum pellucidum, illudque pluri, & vitro ſimile alkali liquato, poſtea aere humido expone, & reperies mox totum vitrum reſolui in aquam; huic affunde ſufficiens acidum, ideſt alkali contrarium, & cadit ſilicum puluis. Hic puluis amplius vitrum non eſt ſed ſilicum puluis quem reformator abbhoret, & ſine detrimento ægrotis non exhiberi aſſerit, immemor, quod ſilicum pulverē Reginis commendat ad generandum lac.* Experientia docet, quòd laborantes arenulis malè affecti ſunt etiam in hepate; nam lapillos, ſeu cruſtas innatis habent.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUELE ROMA

BREVE INSTRVZIONE

